



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lectio De Iudicvm In Ferendis Sententiis Vero Et Necessario Officio

Matthieu, Pierre

Lvgdvni, M.D.LXXXVIII.


urn:nbn:de:hbz:466:1-41277




Th. 2270.

G. III

22.





LECTIO
DE IVDICVM
IN FERENDIS
SENTENTIIS VERO
ET NECESSARIO
OFFICIO

Ex interpretatione fidelissima LXXV. c.
quamuis qui situs est in XI. causa, q.
III. Decreti Gratiani, & LIII.
§. I. ff. de officio
Præsidis.

Habita in Alma Delphinatus Academia per
PETRVM MATTHÆVM
SEQVANVM. I. V. D.
Omnia iuxtà optimam Iurisperitorum
docendi Methodum.



LVGDVNI,
APVD PETRVM LANDRY.

M. D. LXXXVIII.

Cum privilegio Regis.

DOXOLOGIVM
SVMMÆ VNIVERSITATIS
VALENTINÆ.

QVAE noua Parnassi structura? VALENTIA
Phœbi

Delicia, donis tota chorusca Poli.

Iam sileant Heliconis opes, nitidique Lycæi,

Iam taceant Latij rostra diserta fori.

Cynthius hic Graias renouat nunc Phœbus Athenas

hic Iuris sancti munus vtramq; viget.



R. P. F.

LVDOVICO LOPEZ
THEOLOGIAE PROFESSORI
MERITISSIMO VIRTVTVM
& doctrinae plurimis ornamentis
per HISPANIAM
celeberrimo.

PETRVS MATTHAEVS
Ματθαίος.



Racorum Paroemia illa solennis En τὸ
εἶς ὁ γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν Amor ex
videndo nascitur mortalibus, falsa mihi se-
pius visa est eamque modo irritam noui,
qua mutuo conspectu inter homines ardorem ac benelo-
lentiam gigni solere pradicat. Mirari n. unq. sepius soleo
quis magnes quaeve sympathia me in tui amorem &
benevolentiam compulerit, cum ipse amor in incognitum
non feratur, & hoc bono omine aetas & conditio non
me bearit, vt tua aliquando praesentia mihi frui licuerit
ita vt neuter sit alteri de facie notus. Sed perspicua-
ciores oculos habent animi quam corpora, eoque con-
spectu multo puriores constantioresque nascuntur ami-
cicia quam corporum conuictu. His oculis eximium
quotidie intueor amplector Lopesum, eius summo re-
neor desiderio, ipsum exosculor quoties in vris scriptis
luxuriatur oculus. Tui nominis (vir clarissime) splendor
& felix hic animus tuus vndique conspicuus me ad te
omnibus votis suspiciendum & amandum excitauit, in
α ε eius

⁂
cuius pignus & Symbolum hoc munusculum quaecun-
que sit pro maioris arrabone mitto, quod hilari fronte
& pro tua in literarum studiosos benevolentia susceptu-
rum confido. Ast forsan iuuenilem & audaculum istum
conatum idque iure optimo reprehēdes quod agrum post
tot celeberrimos cultores & occatores denuo sulcare au-
deam in hac de Iudicum officio materia & questionem
explanare contendam quam elegantissime scriptis exor-
narunt varij Authores. Scias hoc subiectum ex animi sen-
tentia non exiisse, sed doctissimorum VALENTINAE
Academiae Professorum auctoritate apud quos paucis
diebus commoratus illud publicè suscepi exponendum non
multis vigiliis maturum, aut longa praemeditatione
elaboratum sed veluti scitis quadrigis lampada mihi
traditam absoluerę volui, non in hoc duntaxat in-
genij specimine sed in grauioribus materiis quae iuris
potiorem Celsitudinem comitatur quas vbi maturuerint
typis deuouere speramus, sed omnia argumenti rerum-
que amplitudine ielatiōra, atque grauiora & verborum
splendore illustriora atque ornatiōra, & concinnitate
venustiora & varietate ipsa gratiora conspiciētur. In-
uitus enim patior hoc exiguum specimen absque comi-
te & renigio in his symplegadibus sinuosissq; iuris re-
cessibus vagari, sed precibus consequutus est vir eximius
PETRVS LANDRY de tua Hispania tā praclare meri-
tus, quod nec pretio aliquādo licuit, non vt saum τριπέ-
δαλον ἔργον propitium redderet, ex culicibus enim non
sperat elephantes, sed vt animum vtriusque obsequen-
tissimum testaretur, Tuis auspiciis Lector succensus
ad meam pariter euoluendam lectiūculam intersti-
cium temporis aliquod impartiet, Si vero eius palato
hac minus arrideant sat erit tibi soli Theologiae & iu-
riū praclaris insulis exornato mihi, musisque (cum An-
tagonide musico) cecinisse. Bene vale. R. T. Deus sospitet.

DE

DE VERO IUDICIUM
IN FERENDIS SENTEN-
TIIS OFFICIIS

LECTIO.

NXIMI quidem sed ardui inuicis laboris
magnifice Rector vosque præclarissimi Pro-
fessores in hac famigeratissima palæstra me
video sustinere. Nec desunt qui meritò meam
hanc temeritatè in huius conatus prouincia
suscepta (quam meis humeris imparem planè scio) accusant,
adèd vt cæpti me pœniteat, & insolentiam istam audacio-
tem mihi ipsi exosam habeam. Dum enim apud me cogito
in hac tantorum virorum corona nihil nisi summo artificio
elaboratum, longa temporis licentia discussum, adferri debe-
re, hunc quoque amplissimum locum diserissimis semper
viris paruisse qui nihil nisi egregium magno cum apparatu
sonare solent vestris auribus, ingenuè fateor me nihil è pe-
nore meo depromere posse quod ad hunc aditum laudis ca-
piscendum pertineat. Et vereor ne mihi quod summis anti-
qui sæculi in eloquentia principibus coram regibus verba
facturis accidisse legimus in huius orationis limine eueniat.
Sed hanc iuuenilis diffidentia dubitationem inutilem, fauor
vester & beneuolus iste conspectus dispulit ac tandem la-
befactauit, quo me mirum in modum solati atque ad dicen-
dum fortius & alacrius incendi censeo. Consilij autem &
instituti mei ratio erit in Canonis & Legis præpositæ enar-
ratione, non vulgari quidem, sed solenni prælectionis for-
ma, quæ in hac Academia Valentiana multis hinc ab annis,
& summorum hominum iudicio & autoritate vstrata est.
Cuius rei difficultas iniriò me reuocaret à cæpto cursu nisi
cœlestis auxiliij gratia calcaria adderet, audio enim bonum
quendam Dæmonem meis votis occinere Homericū illud.

Homerus
audi.

Τηλεμαχ ἄλλα μὲν ἀνὴρ ἐνὶ φρεσὶ σῶσι νόησας

Ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. Id est.

Hæc partim ipse tuo perpendes pectore tecum partim ali-
quis Diuum tibi suggeret.

Explicetur ergo precor serenus vester vultus, nulla sit ca-
perata

perata frons, nullum stoicum supercilium, fauentes sunt oculorum intuitus qui me ut iam pollicentur excitent, animos erigant, vocem confirmant, ut spartam quam nactus sum liberius adornem. Et ut omnia nullum tedium, nullam molestiam, nullum temporis insumpti dolorem, sed summam voluptatem cum utilitate allatura credatis, variis ego coloribus depingam sermonem, & insigni diuersarum lectionum artificio, ut singulis prodesse profitear. Quæ docendi consuetudo eximius authoribus commendatur, & naturæ exemplo probari potest. Apes ex vno frutice non colligunt mellificij materiam, sed potius ad omnes florum, herbarum, fruticum, species mira sedulitate circumvolant frequenter è longinquo petentes quod condant in aluearia. Nec statim mel est quod adferunt, sicut ore visceribusque liquorem ac in ipsas transformatum rursus ex se gignunt, in quo non cognoscas, nec floris, nec fruticis delibati saporem, odoremue, sed apiculae fœtum ex omnibus illis temperatum. Iam nec iisdem frondibus pascuntur capellæ, quo lac illis modo cognarum reddunt, sed omni frondium genere saginantur. Eiusdem moris conditio in peritissimis artificibus deprehenditur. Qui laudem præclaram ambiunt in arte statuaria, graphicæ ad vnius tantum manus æmulationem non se se addicunt. Architectus paratis insignem aliquam domum absoluere, ex vni aedibus non sumit omnia, sed cum sagaci mentis iudicio orbiculatim è plurimis deligit quod conspexerit esse fœlix. Pari via ex plurimorum authorum sententiis, in quibus plurimum artis expresserunt, colorem & statum, tum propositiones legum fœliciter inuentas, tum harum ordinem variis præcinctum lapillis, tum partitionem, decisionem & absolutionem fasciculatim colligam. Neque mihi vitio vertatis quod in augusto sacrarum legum subiecto subinde in prophanis authoribus verser, & illorum scripta ad sacræ scripturæ & Iuris canonici & ciuilibus auctoritatem conferre non dubitem. Nec enim vos latet Mosem eximium varem & philosophum cum deserti vastam solitudinem peragraret, totum illum Synagogæ apparatus, quo maximus sacerdos Aaron sacris operaturus erat, ab Aegiptiis opibus confecisse. Rex Salomon regum omnium opulentissimus, & domesticis affluens diuitis, sumptuosissimum illud in Hierosolymis templum ædificaturus, ligna habebat ab Hiram Tyrionum rege suppeditata. Quid de Paulo Apostolo Christiani exercitus milite

milire loquat? Erat eruditus in lege, prophetis, & Psal. imbibere totum vetus instrumentum, Apostolicas constitutiones optime callebat, nec minus in Evangelica doctrina diuinitus erat imbutus, tot licet esset vernaculis doctrinis instructus, non tamen indignum Apostolica grauitate putabat, exoritur quid sacrosanctis suis literis inferere, & Menandri senarium usurpare.

Φθειρουσι γὰρ ἄθνη χρῆσαι ὀμιλίαι κακῆαι.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Paulum deinde imitati sunt clarissimi Christianæ professionis viri, nec minus etiam optimi quique Doctores qui olim moram contra Christianam Ecclesiam à Romanis Cæsaribus, persecutionem, scriptis suis facile sedarunt, non aliam ob causam, nisi quod frequentes essent in Philosophorum & secularis literaturæ sententiis inculcandis, quibus tum Ethnici reuincendi erant magis quàm sacræ scripturæ testimoniis, quam illi fictam commentitiãque putabant. His ergo præsidis instructus thæmatis propositi ad finem vsque prouehar. Sigillatim omnia decidenda, & discutienda proponam ut nihil quod ad Iudicis officium pertinere videatur hic desiderari queat. In hoc enim versatur canonis qui citatur in decreto secunda parte cãus. decimæ primæ. q. 3. & l. Illicitas. §. veritas. ff. de officio præsidis. ratio & efficacia ut hinc insignis illa quæstio oriatur, An Iudex debeat omnino sequi in proferenda sententia propriam conscientiam, & veritatem sibi compertam, an actorum probationes utcumque plenissimas. Hos mihi ipse fines terminosq; constitui, hæc in rationis girum referenda esse decreui, ea methodo quam sequi protestatus sum. Et ideo pro faciliore elucidatione eorum quæ ad subiectæ thes declarationem faciunt non incongruum fore aliquid præfari & præmittere existimani idque Iurisconsultorũ placitis proponebatur. versis. quibus ita præmissis. de cast. pec. Præfationes enim ut eleganter voluit Caius in l. 1. de orig. iuris ad lectionem propositæ materiæ libentius perducunt, & eò perductis euidentiorẽ præstant intellectum. Animis ergo adeste. & ut cæpistis benignè & patienter audite.

Dicturus de Iudiciis à Iustitiæ commendatione cuius ministri sunt auspiciari vellem lectionis ordinem, sed de hac innumera sunt prope modum authorum præconia, & varij varia perperuis monumentis retulerunt, quæ singula nunc

* De le- referte vt longum ita & superfluum quoque esse arbitror.
 gii primis Sed in hoc ferme omnes coeunt qui de legibus scripserunt
 Instructis quod quemadmodum in magistratus aut reipublice admini-
 consulen- stratione humanius est nihil quam hominum vitam tueri
 dus est Pö & defendere ita nihil crudelius aut pestilentius quam flagi-
 pon. In- tiosos impunè & pro libidine sinere viuere cum certissimo
 rise. in l. status publici naufragio. Hac enim profecto causa summi le-
 2. ff. de o- gum fautores tam pia tam sancta & æqua ediderunt præce-
 rig. Iuris. pia, vt boni præmijs afficerentur, mali meritissimis plecteren-
 Linius. 1. tur supplicijs. Ideo leges conditæ sunt non à plebeis quibus-
 Deca. li. 3. dam sed supremorum Numinum placijs. Narrant enim pri-
 Plutarc. scos illos legislatores historiae, à dijs edoctos fuisse in præferi-
 in Solone. bendis legibus. Sic Aegyptijs Osyris à Mercurio Zoroastes
 Laerti. in Bactrianis, & Persis ab Oromazo, Charinudas Charrhaginensib.
 vita ip- à Saturno, Solon Atheniensibus à Minerua, Zantrates apud
 sus Solo- Arimaspos à bono numine, Zamloxis Scyris à Vesta, Minos
 nis. Pau- Cretensibus à Ioue, Lycurgus Lacedemonijs ab Apolline, Numa
 san. lib. 1. Pompilius Romanis à Nympha Aegeria his commentis do-
 Plin. li. 7. centes sacram legum maiestatem à superis exiliisse. Qua-
 c. 16. li. 30. rum tum dignitas, tum utilitas, tum necessitas, tanta est apud
 cap. 1. omnes habita vt Plato nobilissimus Philosophus decem li-
 Instr. lib. bris, Cicero vero tribus leges à se constitutas ciuitatibus de-
 1. Sabell. derint. Quid enim esset vita hominum sine legibus, quibus
 Ennead. boni hortantur ad virtutem perpetuò amplectendam, mali à
 15. lib. 5. vitiorum fomite & cursu reuocantur. Syluestris sane confu-
 Diod. Sic. sio & brutis animantibus non absimilis. Cum namque ius ra-
 lib. 2. cap. tionum inimicum legibus solum vagaretur, tãtumque quis-
 2. Cic. lib. que suo iuri adscribere posset, quæ tunc corporis viribus &
 3. de nat. robore sibi vendicaret, ex qua rapinæ, spolia, cædes, emerge-
 Deorum. rant necesse fuit ad legum præsidia confugere, quæ ab iniu-
 Arist. lib. ria homines arcerent, & cuilibet quod suum esset tueretur. Sic
 2. Politic. legum frontispicio aurea hæc symbola lucebant P R A
 Aelian. li. M I V M & P O E N A. Qui autem nec præmij delectu, nec
 2. de va- poenæ formidine abstinent à peccatis hi quidem iustitiæ
 ria hist. censura coercendi sunt, nunquam tamen ad scelerum atro-
 Virgil. li. citatem vsque puniendi facultas accedere debet sed in ipso etiã
 8. Aeneid. districto Iustitiæ rigore mansuetudo misericordiae semper
 Strab. lib. elucefeat. Concomitetur misericordia severitatem, ne suo
 14. muneri desit. Significauerunt venustissime antiqui Philosophi
 amplectendam lenitatem & Clementiam in adhibendis sup-
 plicijs non severitatem & agilitatem, dum Iustitiæ curram
 fingunt

fingunt à duabus mulieribus trahi, quarum altera fractum
 ensem manu portabat, altera verò conto innitebatur. Nam
 fractus ensis ilque reusus qui non eadem acie quæ impetit
 scindit, & mulier conto innixa tardiore gradu incedēs eam-
 dem tarditatem pœnæ & supplicij primis furentis Iudicis
 moribus præcipitem implicant. Hinc ut rectè à Plutarcho &
 Fulgoso scriptum est Romanæ reipublicæ moderatores edi-
 cto saaxerunt ut securibus quæ patrio Consularis dignita-
 tis more præferantur magistratibus, virgarum alligaren-
 tur falces, ut dum falces soluerentur, magistratui spatium co-
 gitandi daretur ne iratus ea fieri imperaret quæ ab æquitate
 & iure dissona frustraneam pœnitentiam animis incute-
 rent. Proinde iis qui iudicâdis delictis deputantur illud sum-
 mopere, solenne & religiosum esse debet, ne seueriore qua-
 dam iudicij licentia, & cruento quodam amore ducti miseri-
 cordiam amittant, neque plus æquo misericordiæ dediti
 iustitiæ iustum rigorem obliuiscantur. Vtrumque enim fue-
 rit detestabile, aut dum Iustitia, Misericordiâ, à dum Miseri-
 cordia iustitiam deserit. Inter vtrumque vero quod obserua-
 tur, æquitas appellatur, quia duce fit, ne quo modo per Miseri-
 cordiam punire contemnamus flagitiosos, neque per Iusti-
 tiæ rigorem mansuetudinem exuentes nimis seueritatis siue
 potius crudelitatis arguamur. Hinc quædam utcumque in
 Repub. delicta toleranda sunt, non quidem quia sic fieri o-
 porteat, sed porro quia sic inexpertæ multitudini expendit,
 quædam antequam altius radices egerint, & in ipso quod
 aiunt ortu cohibenda, quædam aut penitus euellenda. Et in
 iis tamen insignis illa & nusquam satis laudata misericordia
 locum inueniat. Quædam vitia leuiora sunt quam ut expedi-
 at durum adhibere Iustitiæ vultum. Quædam minore æ-
 quitatis incommodo dissimulantur quam exagitantur. Por-
 rò quæ grauiora sunt quam ut oporteat dissimulare, seue-
 rum Iudicem & incorruptum requirunt, ne nobis eueniat
 quod solet imperitis Medicis qui dum blandiuntur vulnere
 & parum dextrè admouent remedia, pro morbo extinguunt
 hominem, aut ex leuiore malo reddunt immedicabile. Tales
 hodie iudices pro pudor passim cernere est, non sine ingeni-
 rei Reipublicæ iactura. Alter in sanguinis effusionem propen-
 sus, alter molliti ei labe conspurcatus, alter lucri & pecuniæ
 studio contraminatus, alter fastu, violentia, insolentia tumi-
 dus, alter veri odio perpetuò obrutus pedibus aliquando,
 manibus

manibus aliquando aures habet quas assentatoribus, & munerum corruptelis inclinat, nunquam mansuetæ æquitati iura admittens. Æquè autem indignos se reddunt tam digno officio, & qui adulatorum sibilos, & qui palponum adulationem non declinant. Illi enim non raro optimos inuisos reddunt magistratibus, hi verò omne prorsus virile robur ab ipsis magistratibus eximentes ipsos etiam animos ab omni veritatis cognitione excantant. Duæ perniciosissimæ Reipub. pestes & quæ sint ab omni publica functione trans Herculis columnas vsque (vt aiunt) profligandæ. Quæ in re Alexandri Seueri factum impense ab eruditis commendatur qui vniuersum hoc genus calumniatorum scilicet & adulatorum tam est semper detestatus vt ne vnquam admiserit illos ad auriculam. Quinetiam si quispiam inter salutandum, aut flexisset caput, aut per adulationem blandius quidpiam dixisset mox turpiter illum abiiceret. O scælix & sydereo senatui propemodum æqualis Respublica, vbi non nisi optimus præficiatur, vbi eruditi, graues, integri, cordatique viri in consiliorum consuetudinem adsciscuntur, qui nihil in quâ pœnitendum instillent auribus præsidis, qui Reipu. prospicere & velint & valeant, qui immunès seruent manus à muneribus qui adulari nesciant, qui liberè andeant obstrepere indigna reipublicæ molientibus, qui nihil *νετ̄ τ̄αρ̄πῑως*, nihil per vim agant qui nihil priusquam certis argumentis in causæ cognitionem venerit contra proximum pronunciant, sed semper inculpatæ Iustitiæ oculum sequentes, omnia candidè omnia incorruptè exequuntur, & quod hodie pro laude habetur ab omni ambitione, & inexplebili habenti siti tutatur. Lugubre hoc sæculum tanta morum corruptela effascinarum est, vt passim Iura ipsa, venalia & Iudices auaritiæ ardoribus & flammis æstuantibus corruptissimos laudet & comprobet. In eos autem iustè leges excandescunt qui aureis vinculis obligari & vinci volunt, inexhausta illa habendi cupiditate quæ omnium vitiorum parens & nutrix dicitur § cogitatio. in Authent. vt Iudices sine quoquo suffragio. Hippol. not. 190. incipien. Iudices. Iason in l. 1. col. 2. ff. de condict. ob turp. causam. Barbat. in cap. ex parte col. 3. de rescriptis, vbi postilla & Paulus de Castro in l. si quis §. legis. C. de inoffic. test. Cæpol. in tractatu de Imperatore milit. d. elig. lisdem sanctissimis legum placitis adeò virtuti ac Iustitiæ munerum avaram delectationem reddunt exosam Iurisconsulti

*Optimi
senatus
effigies.*

sulti ut tuto existiment infidelitatem præsumi posse ex auaritia. Angel. in l. nolumus. C. quemadmodum testamenta ordin. Merula inter Consilia Barbatii lib. 1. Consil. penult. incip. multis. colum. fin. scite notauit quali Epitheto commendet Hesiodus ambientes illos Iudices donorum & munerum dum eos *Δωροφάγους* id est doniuoros, aut munera comedentes, appellat quorum auarâ mentē & iniqua iudicia Deo vlciscēda reliquimus. Huius sceleris contagio tāta est ut ad eam dignè exarandam & detestandam multæ iusti voluminis paginæ non sufficerent, id autem me aliquando præstiturum fore spero cum liberaliùs fruendi ocij dabitur occasio. Sed ex multis quæ iusto dolore queri possunt vno Pſamographi verbo omnia ferè complecti licet. Vſquequo iudicatis iniquè & facies impiorum sumitis. Non vulgare crimen arguit Propheta, nec quod sit cum plebeis aut minoris notæ hominibus commune; tamen in iudicibus & magistratibus enormius & magis piaculare est, & ipsi cum reliquis in multis delinquāt ut vel Auari sint vel inuidi vel superbi, vel iracundi vel in fide ac religione Dei imbecilles, quæ sanè vitia & in iudicibus reperiuntur, & digna sunt quæ emendentur, pœna, sed grauius & fœdius illis que familiare & notissimum execratur. Quod illud est? Non dicit, vſquequò iniquè agitis. Vſquequo omnem cædem, rapinam, & perfidiam colitis? Vſquequo malè viuitis, quod tamen & ipsum admodum culpabile est, præsertim in iis qui publicis funguntur muneribus in magistratus honorem & tutelam, sed quod omnium pessimum & intolerabile est, *V S Q V E Q V O* (inquit) *I N I Q V E* iudicatis? Est autem iniquè iudicare, iustificare fontem, & condemnare infontem idque titulo Iudicij & Iustitiæ. Ponamus iudicem qui vitæ sit flagitiosa, interea tamen pro viribus iustè iudicare, fontem punire & infontem absque vſlo personarum respectu tueri conatur, deinde ponamus alium iudicem qui non solum ipse malè viuat vitamque suam flagitiosè corrumpat, sed & iniquè iudicet & iudicij ac Iustitiæ æquitatem peruertat. Quis adèò insanus est qui non videat quanto sit pestilentior iudex, malè viuens & malè iudicans, imò etiam si bene alioqui viuat, quam qui ut est vitam suam contaminet, iudicij tamen illibati stateram non transgreditur. Ut enim is omnium reus est qui Iustitiæ splendorem obtenebrare cupiens, minus æquè sua sacra placita refert, sic minime tolerandus est & ut perniciosissimus ad ver-

tendum

tendum solum cogendus est qui peruersis iudiciis ipsam Iustitiam, humanarum rerum moderatricem non solum inefficacem sed & noxiam reddit. Tolerandus est medicus qui ipse quidem corpore est infirmo, reliquis tamen recte consultit. At si quis hunc ferat qui medendi artem mortalibus, sanitatis gratia diuinitus datam, summa malitia, vel alioqui muneribus corruptus, in perdetendi artificium mutet. Quænam potest esse perniciosior peruersitas, quam si apud medicum inuenias mortem, apud doctorem mendacium, apud Iudicem iniustitiam? Quænam alia ratione tres illæ facultates, *THEOLOGIA*, *IURISPRUDENTIA* & *MEDICINA*, quasi quidam publici fontes tantis sumptibus tanta magnatum & Principum tum magistratus sollicitudine aluntur, fouentur & protegentur, quam ut nostris opprimentur incommodis? quam ut mortalibus cum in humanis corporum videlicet & bonorum, tum diuinis ac spiritualibus rebus sit quam optime consultum? Quod, si Apotheca pharmacorum medicorum mortem corporum, Cathædra Doctrinæ & veritatis pestilens aliquod animarum virus, tribunal Iustitiæ iniustitiam & innocentium oppressionem, locus sanitatis, vitæ & aequitatis administrauerint, qua in re quæso miserrime constitutæ sunt hominum fines? Quid grauius aut tristius rebus humanis hac peruersione accidere poterit? quæ perinde habet, atque si rerum natura ita immutetur, ut cibus famem, potus sitim ignis frigora, sol tenebras, aura præfocationem, aqua combustionem, somnus curas adferat & augeat. Heu in quam aratam deuenimus! omnes negligentius hæc suspicimus sacra Iustitiæ & iudicium munera & officia, quodque priorum magis animos percussit pauci ex iis qui publicas causas exercent, omni timore depulso impune & nefarie sibi ad nequitiam parere seminarium putant. Obstinati sunt in hoc malo non recenti sed inueterato ita ut non appareat, an vnquam sint aliquem malis ac peruersis iudiciis facturi finem. Non fuit vnquam vllius potestatis aut magistratus moderatio quæ in hos flagitiosos iudices ferere non animaduernerit. Non fuit vnquam aliquod regnum in quo seuerè non damnata sit hæc Iudiciorum corruptela. In ea enim omnia quæ pro libidine Iudicum in detrimentum reipublicæ ferri potest iusta sunt legum sancita ac veluti omnium morborum symptomatis æquitas ipsa lege mæderetur, nec patitur eos in numero bonorum numerum constituere,

constituere, qui contemptis superum monitis Iustitiæ minime venerantur potentiam, vellem mihi per ocium licere vtriusque iuris in præsentia monumenta reuoluere quibus perulantes Iudicum affectus, & prauæ mentes in dirimendis litibus aperiuntur. Hæc iusti voluminis seriem desiderarent. Vnum tantum addam (ne præfationis fines transgredi videar) nunquam respublicas foelices fore neglecto optimorū virorum delectu qui causas iudicent. Quantum Deus incorruptos, & natura fucorum impatientes olim populo suo in deserto adhuc degenti præfici voluit ex eius ad Moysen mandato intelligimus. *Congrega mihi septuaginta viros ex senioribus Israel quos tu nosti, quod senes populi sint ac magistri discesque eos ad ostium tabernaculi sederis, & facies ibi stare tecum, ut descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis ut sustentent tecum onus populi & non tu solus graueris. Si tantis circumstantiis, & accurata inquisitione, probitatis, morum, & scientiæ eligerentur Iudices non tot planctus non tot miserabilium personarum voces audirentur, quibus si promptè non occurrat Regum autoritas, absit male ominari, vereor ne indies adeo serpat hic cancer, ut nec ferro nec igne curari postea possit. Nec ignoramus quam sanctè legibus consultum sit neminem ad tribunal Iustitiæ conscendere debere qui prius vocatus & electus non sit, ideo tria sunt quibus aliqui Iudices esse prohibentur, natura vt surdus, mutus, perpetuo furiosus & impubes, lege, veluti qui senatu motus est, moribus: vt fœminæ & serui non quod non habeant iudiciū sed quod præceptum est vt non ciuilibus fungantur officiis, c. infamis. 3. q. 7. Nec infamis potest esse iudex. d. c. infamis potest tamen esse arbiter. l. padius. ff. de recept. arbit. Excommunicatus non potest esse arbiter. c. ad probandum ext. de sentent. & re iudic. & glo. in d. l. padius in verb. ignominiosus potest tamen esse arbitrator Bart. in l. ex facto §. si quis rogatus ad Trebell. & Panor. in d. Quinta vallis. ext. de iur. reur. Hodie nec in Arbitriis, nec in Iudiciis potior electio est quam quæ sit vel fauore, vel munerum illicitio. Ea est pestilentissima labes Iudicum, quæ suo veneno totum mundum inficit. Qua in re culpandi multum sunt Reges & principes (ad sit venia dicto) qui venales offerunt officiorum honores, qui que cogunt hos magnos latrones à laqueo immunos in aqua turbida piscari, nam post multos & ingentes sumptus in venatione præfecturæ, aut cuiuslibet officij deco-*

ctos, suas auspicantur functiones illicitis modis vt exhaustos
 loculos infarciant miseris præmiis. Reminiscantur Princi-
 pes nulla potiore ratione tanta rerum congerie potiri nisi ad
 Iustitiam conseruandam & liberandum oppressos de mani-
 bus calumniantium, vt boni inter malos qui longè excedunt
 numerum bonorum viuere possint. Et ob hanc causam eis-
 dem subditi parere, obsequi & obedire tenentur, tum vecti-
 galia, & census innumeros, persoluere, vnde merito conscij
 censentur & locij furum nisi prouideant, tenentur quoque
 ad restitutionem & dicit Hippol. in l. nihil interest. ff. de si-
 car. quod princeps tenetur parti ad interesse de iniustitia
 facta per Iudicem. Nec audiendi sunt in fatuis illis excusa-
 tionibus quibus respondent se existimare optimè prouisum
 senatui & elegisse viros ad Iudicalem dignitatem conspi-
 cuos & idoneos. Res enim longe secus se prodit nam ex au-
 licis sapissimè eliguntur qui belladi peritia celebres, qui otio
 & illecebris dediti vix prima literarum elementa salutarunt.
 Pauci fauent & patrocinantur optimis studiis, virisque qui
 post multos exantlatos labores culmina doctrinæ con-
 scendere meruerunt. Turpiter deseritur eruditionis honos,
 & ad officia & magistratus, Mimi, colaces, & coraces, morio-
 nes & parasiti non sine ingenti boni publici detrimento assu-
 muntur. Quid enim fiet tandem orbi amissa studiorum cater-
 ua? Quanto ornamento & subsidio Monarchiæ spoliabun-
 tur? Parcius iam de hac iactura dico. In hoc duntaxat sollici-
 tus inhæreo, cur alimenta virtuti, & Eruditioni denegamus?
 Cur non amanter fauimus? Cur non amplectimur & foue-
 mus eos qui de Republica bene meriti sunt? Cur in eligendo
 milite nemo curam sædulam præproperam esse ducit, in Iu-
 dice verò cui tot rerum præclara munera committuntur aut
 nihil aut parum examinis, aut delectus adhibetur? Habet vn-
 de nouas elegias componat hæc ætas. Quod si quis propius
 inspiciat inueniet fraudibus, rapinis, periuriis referta om-
 nia. Vt ne commemorem interim quantam malorum ler-
 nam regat vmbra illa dissimulata æquitatis. Impotenter vo-
 ciferatur plebs de damnis datis, de iniuria illata. Nemo præ-
 sentissima remedia exquirat. Alij in alios culpam reiciunt.
 Omnes suis vitiis blandiuntur. Et falsis tergiversationibus
 animos principum excantant. Qui quidem minimè iadulge-
 re deberent istis impostoribus nihil præter ostentationem &
 ventosam iactantiam habentibus, vt Chaameleon qui ma-
 x imum

ximum habet pulmonem & nihil intus Induant rigorem. Iustitiæ Principes in eos qui parui faciunt sacra Iustitiæ decreta. Submoueant indignos, dignos retineant. Nam vt præclare Ægidius de regim. princ. lib. 3. par. 1. c. 13. post Philosophum, mutare aliquando Magistratus facit ad pacificum statum Reipub. Imitetur hic Cambyfes qui fecit excoriari iniquum Iudicem. Imò minor adhibeatur manus. Nondum eò processit hoc morbi, vt sit immedicabile. Extingui potest hoc incendium, si materiam igni subtrahamus. Ablegentur omnes qui à prisco Regum legumque instituto desciscunt, qui iura violant, qui ambitu, fauore & indignis circuitibus temerè ad officia publica ingrediuntur. Vbi regnat ambitio, vbi pecuniæ studium, vbi pernicacia, vbi cæcus fauor, aut odium cæcius, vbi in gratiam partium probatur quæ scimus esse improbanda aut odio priuato damnamus, & ea quæ prædicta, non potest verus Iustitiæ minister eligi. Prouidendum est reipublicæ non personæ, nam licet dicatur beneficium dari propter officium, nihil tamen minus curatur quam officium. Si autem sacra nos non mouent præcepta quæ tantopere Iudicum electionem legitimam commendant, conuertamus ad prophanos auctores oculos, qui sola virtutis gloria ductos fuisse Imperatores ad promouendum quos honore dignitatibus prosequi volebant, verissimè is monumentis testantur. Scribit Lampadius Alexandrum Mammææ filium & Romanorum Imperatorem, Christianæ religioni admodum affinem & deditum, vt qui verba quædam à Christianis audita, prouerbij vice semper in ore haberet, quale est hoc. Quod tibi fieri non vis alteri ne feceris. Hic idem fere studium in prouinciarum præfectis eligendis adhibere volebat, quod Christiani in suis sacerdotibus. Vbi enim aliquos voluisset vel rectores prouinciarum dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt si quid haberet criminis, probaret manifestis rebus, si non probasset, subiret penam capitis, dicebatque graue esse, cum id Christiani & Iudæi facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt non fieri in prouinciis aut tribunalium rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita. Monet etiam Cyrus apud Xenophontem suos Persas, ne semper ciues in militiam assimere velint, sed fortissimum quemque etiam deligant exterarum gentium, *Και μηδ' ἐμὲν τοι σκοπιτε*

Herodot.
 Lib. 5. Val.
 Max. lib.
 6. c. 3.

ἵππας ἐκ τῶν πολιτῶν ἀντιπληρώσετε τὰς τάξεις, ἀλλὰ ὡς περ ἵππους, οἱ ἀριστοὶ ἄσιν ἔχουσιν ἀμὲν πατριῶν ἴσους ζυγεῖτε, ἕτως καὶ ἀνθρώπους, ἐκ παντῶν, οἱ ἀμείνιστα δοκῶσι συνισχυρεῖν τεύχεα συγκοσμήσειν, τὰ ἔσλαμβάνετε. Id est, sed neque hoc erit vobis studium & ut semper ex ciuibus instruat̄ militares ordines, sed quemadmodum equos queritis, nō vernaculos semper, sed optimos quosque, sic etiam homines quaerite, qui vobis possint simul & auxilio esse, simul & decori, sint vbiuis nati. Hæc Xenophon. In nullo sic discrepat nostra ætas à priore illo sæculo quam in hac parte. Plena sunt hodie nobilium indoctorum omnia, nobilitatis titulum iam nemo non ambit, & census nobilitati longè impares. Hinc Magistratuum honores forsitan & Episcopatus prædæ sunt aulicis nobilibus. De eruditione & morib. nulla sit quaestio. Olim doctissimi quicumque ad summos honorum gradus prouehantur & illis in primis publica officia credebantur, non hic parentum inopia, aut exilis laris penuria obstabat, neque maiorum generis que obscuritas auctoritatem detrahebat, sed ingenij eruditio & eximia literarum peritia, ad hæc spectata inter homines probitas & morum innocentia, summam dignitatem conciliabat. Tales aptandi sunt qui sedem Iudicalem illustrent, tales eligendi sunt, ut probè ponit Adrianus Papa noster in quolib. q. 10. col. ante penult. Tales concedant nobis optima regum consilia. Faxit Deus Optimus Maximus ut nostris turbinibus effulgeat illa optima Iustitiæ lampas, quæ hos inconditos rerum motus vertat in tranquillitatem nobis eodem pro nostra quantulacunque portione annitentibus.

Oportuit me talia in nostri thematis elucidationem præfari, longèque ampliora addere vellem si mihi liceret, ne autem in latissima area diutius immorer; ad Canonis & Legis prælectionem & interpretationem promiscuam accingor, ca via & methodo quam religiosè insequi pollicitus sum.

Canon propositus Clarissimi viri connectitur præcedenti causæ quæ ostenditur quod Ecclesiæ cum omnibus suis possessionibus ad dispositionem pertinent Episcoporum, sed quia aliquis facile in controuersiam reuocaret, sub quo iudice Clerici debeant conueniri sub Ecclesiastico an sub sæculari, ideò Gratianus hanc vndecimam causam subnectit in qua ostendit clericos sub ecclesiastico iudice esse conueniendos. Exaratis deinde multiplicis materiæ canonibus, hæc profert

profert canonem quo præcipua Iudicis in Iudicando anima uersio discutitur & enarratur. Eadem graditur via lex ad declarandum suscepta, sed uerior, & locupletior est, nobisque altius, ac gratus facessit negotium, ad quam unius lectionis concessæ narratio dignè explicandâ non sufficeret, ex eius autem prolixiore serie paragraphum unum breuissimû, sed in quo omnes eloquentiæ nerui extendi possunt uestra autoritate selegi. Reliqua quæ ad legem pertinent vel ex ipsa oratione illustrabuntur, vel ipsarum materiarum connexionem, eius enim scopus eò vergit ut Præsidis officium declararet, quod titulo 18. lib. 1. ff. appellatione communicauit, cuius nostra est Lex ordine tertia & Primus Paragraphus. Nec in Codicis Iustiniani libris eius est nisi remota & quasi peregrina mentio quæ probè non ad stipulatur Canonis sententiæ, ideoque derelictis Cæsarum placitis ad Iurium Pandectas confugi, reluctantem quasi genio, sed malui vno solo. §. civili hoc decretum locupletari quam in exili, canone plura conferre authorum & probationum monumenta. De-
 decet enim publicum Iuris suggestum mihi quidem formidabile & inusitatum conscendere, nisi utriusque facultatis copulentur munera. Nam quo facilius quis canones qui magna ex parte iuri ipsi Cæsareo sunt coniuncti calleat etiam iuri ipsi Cæsareo operâ dare suâ pro virili debet. c. 2. de Priuilegiis lib. 6. Ne ei contingat quod dicebat Rom. suo sing. 660. *legista senza capitolio val puoco; ma canonista senza leggi val niene.* Et dicebat Bald. in ca. cum causam. col. 2. de probationibus quod nisi quis sciat canones cum legibus non potest practicam iudiciorum cognoscere, & idem docuit Barb. in c. conquestus. columna. 3. de foro comp. cum scripsit Ius pontificium sine legibus non posse intelligi, cum sit medulla legum, & ius ipsum Pontificium esse praxim Iuris civilis. Quæ quidem optimè comprobantur Tulliana sententia in 3. de Oratore, dum conqueritur ea ætate neminem ediscere ius Pontificium cum tamen Iuri civili coniunctum sit. Cicero nis verba referte placet nunc contra (inquit) plerique ad honores adipiscendos & ad rempub. gerendam nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum nulla scientia ornati. Sin aliquis excellit vnus è multis effert se, vnum aliquod adfert, aut bellicam virtutem, aut vsum aliquem militarem (quæ sanè nunc quidem obsoluerunt) aut Iuris scientiam ne ius quidem vniuersi, nam pontificium quod est coniunctum

*Vtriusque
Iuris affi-
nitas.*

β nemē

nemo discit) aut eloquentiam quam in clamore & in verborum cursu positam putant.

A diuisione
ite.

Diuisa
tractatio
faciliorem
parat &
methodū
& intelli
gendi faci
litatem.

Ordo lectionis iam postulat perfectam legis & Canonis subtexere diuisionē, cuius non parua erit ad reliqua facilius capeſſenda theoremata utilitas, Partitio enim (vt probè monet Accursus in Proëm. Inst. §. igitur. in verbo partiri) multū in se continet ponderis ad elucidandam qualemcunque controuersiam, animi siquidem aciem aliquando obtusam acuit, & preparat, memoriā artificiosè reformat & secundum Iust. in §. alio. Inst. quib. mod. test. infir. & in ver. sed ne in primis de leg. difficultas ex permixta traditione procedens per separationem explicatur. Id autem vulgari et plebeia similitudine elucidari & aperiri potest cuius meminit l. Caius. §. Iritius delegat. 2. Quemadmodum agrorum diuisio vberiore cultura reddit, lex ipsa in partes congruas diuidenda est, sic tamen ne diuidantur ea simul quæ coherent, & ad vnius perfectionem tendunt l. etsi non sint. §. perueniamus de aur. & arg. leg. vel ad eundem finem concurrunt, vel ut dictum à sua causa vel responsum à quaestione proposita. Talia enim cum sint ratione & fine indiuidua, pro vno haberi debent, quæ si in partes scinderentur, non diuidi quidem, sed vt Baldus rectè sensit in repe. l. petens. c. de pact. & tex. in l. 2. §. si quid autem. C. de vet. iur. enucl. potius destrui viderentur.

Diuisionem autem commodam recipiunt, quæ separatam habent rationem & diuerso sine clauduntur veluti cum plura dicta in eadem lege aequè principalia cumulantur, vel plures diuersæ facti species terminantur, quæ cum passim apud Iuris peritos obseruari videantur nemo tamen impensius id fecit aut ipso Vlpiano vt in suis legibus & potissimum super hac lege nostra *illicitas*, ff. de officio praesidis, plerunque videmus, qui inter ceteros Iurisconsultos eo potissimum nomine commendatur, quod & varios casus, & quam breuissimè soleat eadem lege decidere. Proinde tunc solum utilis diuisio censetur cum separabilium confusio euitatur, ne per griphos & menandros minus cautè rapiatur doctoris aut auditoris intentio vt non absre Galenus tom. 1. lib. 9. de decretis Hippocraus & Platonis, molliorem rem tractare sine diuisione in errores maximos prolabi scripserit. Et Plato lib. 20. in Phædro vel de pulchro id indicat dum inibi Socrates dicit, huiusmodi ego diuisiones ac collectiones,

nes,

nes, ô Phædre, amo quo & loquendi & intelligendi sim compos. Bimembris erit itaque legis nostræ. §. ut in prima parte dicat veritatem erroribus rerum gestarum minime posse obnubilari, in secunda verò iudicem plurimis probationibus veritatem locupletari debere. Hic veritatis fit commendatio, illic iudicis in inquirenda veritate ex Instrumentorum fide laudatur diligentia.

Canonis laconismus & breuitas diuisionem quam in lege fecimus non patitur potest tamen in breuem & accuratiorem Epitomen redigi ut facilius adiscatur & retineatur diutius. Idem postulat Lex. Consilium enim omnium Iurisperitorum est vera legum sensa in breues regulas & axiomata colligere nunc breuius nunc clarius, & ut fieri possit purius ac elegantius. Hanc ergo canonis intentionem sic colligimus ex verbis & in specie. Iudicium certis iudiciis, non iudicis conscientia constat. Dicit alius secundum probata, non secundum scita & placita iudicandum est. Item Iudicis sententia multorum consensu firmatur vel ut ait Bartolus Iudex debet iudicare secundum allegata & probata non secundum conscientiam. Vei cor ne ex breui isto compedio obscuritas quantulacumque sit suboriatur iuxta illud Horatianum breuius esse laboro obscurus fio. Prudenter ergo huic incommodo occurremus ficta totius negocij Hypotheli & facti specie hunc namque docendi morem Præstantissimos nostros Doctores secutos arbitror, nec absque probabili ratione, tum quod eis concessa de iure respondendi à Cesaribus potestate, multorum questionibus satisfacere cogebantur questiones autem non in genere, sed prout ex facto singulis occurrerant, proponebantur, discutebantur & definebantur. Etenim in rem quisque suam, non in alienam consilium querit, *l. preses. c. de seru. ex aqua l. plures. de damr. infect.* vnde prudentum appellata sunt. §. responsa prudentum *Instit. de iure. natur.* tum etiam quoniam omne ius nostrum in facto positum est, & quælibet minima facti varietas ius reformat. Planius ergo canonis & legis casus exponendus est. In conspectu Iudicis sicarius furit & bacchatur in inermem, occidit. Sceleris testis est occularissimus Iudex. Cæli hæredes apud hunc Iudicem actionem instruunt. Reus testes producit qui palam ipsum in fontem profiteantur. Aliud sentit cor aliud lingue plectrum. Rem narrant à Veritate alienissimam, Iudex priuata scientia nouit quo modo res ad colophonem vsque per-

*Thematis
Epitome.*

*Facti spe-
cies.*

ducta

ducta sit. Queritur vtrum ei liceat ferre sententiam, iuxta rei
 veritatem quam penes seipsum recondit, an iuxta a legata
 & probata. Anxium est negocium quod neque relinquere
 est integrum neque tolerari possit. Vsurparet hac in perple-
 xitate fluctuans animi iustam partem iam iud. α τῶν ἀτάκ-
 τῳ τῶν λυγῶν, nisi Canonis & Iuriconsultu, autoritas ei
 opitularetur. **Q**UANVIS VERA SINT QVÆDAM
 NON TAMEN IVDICI SVNT CREDENDA
 NISI CERTIS INDICIIS DEMONSTRENTVR.
 Coheret itaque canonis Paragraphus. **V**ERITAS RE-
 RV M ERRORIBVS GESTARVM NON
 VITIATVR, SI IDEO PRÆSES PROVINCIÆ
 ID SEQVATVR, QVOD CONVENIT EVM
 EX FIDE EORVM QVÆ PROBANTVR.
 Adversus hęc plura refragari videntur apertissimis rationi-
 bus quas ordine inferere opere precium fore duxi, ad a-
 mullum perpenſis veriusque aciei castis $\epsilon\sigma\tau\ \gamma\delta\ \kappa\epsilon\ \phi\upsilon\sigma\iota\mu\ \tau\alpha$
 $\kappa\epsilon\iota\tau\alpha\ \pi\rho\tau\omicron\upsilon\ \epsilon\iota\tau\omicron\nu\ \tau\alpha\varsigma,$ $\omicron\upsilon\ \tau\omega\ \tau\alpha\ \kappa\epsilon\iota\tau\alpha\ \pi\epsilon\iota\ \epsilon\iota\alpha\sigma\omicron\upsilon\ \iota\delta\iota\alpha\ \delta\epsilon\omega\sigma\epsilon\iota\mu.$
 Est enim nature accommodatum primum communia dice-
 re, deinde que circa unumquodque sunt propria contempla-
 ri. Sed ad habenda huius enarrationis trophæa instruendus
 est oppositorum & contradictionum exercitus, vt castramen-
 teretur fortissima illa pro ludicibus sanctio & si potis sit euer-
 tatur & pessumdetur. nanis tamen erit is conatus inconcussa
 si iudem manet legis & canonis autoritas. Cum autem ip-
 sa experientia doceamur contrariorum collationem multum
 posse ad eruendam veritatem, & vt vulgare est Bal in l. preci-
 bus. C. de Imp. d. steriū Ferro aperite viam qui per contraria
 transit, nos voti compotes fore spero, si omnia quæ canonis &
 legis oppositū suadere videantur in mediū attulerimus, quibus
 ipsius rationis cohortibus fuis & excisis veritas quam tanto
 pere exhaustire ex hoc legum puteo conrendimus, apparebit.
 Iam ex prima dubitandi acie insargit bracteata & mere
 valida sententia de inconcusso veritatis tuende studio, quod
 tantis mims & interm nationibus commendatur apud legū
 diuinarum & humanarum oracula. Odibile est Deo men-
 dacium, minime illi placere potest iudex qui senten-
 tiam dicit contra veritatem sibi etiam priuatim compertam.
 Qua in re falli videtur canon cum lege, dum iubet solis
 testimonis inueniendum iudici. α pabor ingenti præsidio
 quantum hanc mordicus amplectar sententiam, quia veritas

Ex Dona-
 to Sueton-
 io in Li-
 berio.

Plutarch.
 in præc-
 ipis ciuili-
 bus.

Aristotel.
 4. Rhetor-
 icorum.

Rationes
 dubitandi.

in omnibus principalem locum habere debet. cap. quæritur. 2. q. 7. cum adductis per Neuz in sua syua nuptiali lib. 3. nu. 112. & inuolabiliter est seruanda secundum glos. in c. 2. in verb. multitudo. extr. de temp. ordin. quam refert & sequitur Cuman. in consil. 139 hoc maxime in princ. nu. 1. Omnibus item in confesso est veritatem iure optimo dici matrem iustitiae, ut inquit Bal in l. libertini. ff. de statu hom. Cornel. consil. 97 licet in hac consultatione in fine sub nu. 4. lib. 4. Idcirco omni conatu iudex veritatem tueri & expromere debet ut scite iuberetur l. 2. C. si contra ius vel vul. pu. l. cap. iudicantem. 30. q. 5. Bal. consil. 100. lib. 4. Bologn. consil. 2. in princ. Diuinum quiddam est veritas, & Deus illa, qui sic verax est ut mentiri nesciat, & in veritate summopere delectetur, & mendacium tanquam diaboli inuentum, & veritati contrarium detestatur. Deinde quia vsus loquendi quo carere nequimus, veritate nititur, qui dempta veritate sic peruertitur & corrumpitur, ac si soli splendorem, terræ fertilitatem, aquis humiditatem, lapidibus duriciem, igni calorem adimas. Sicut enim singulis creaturis Dei aliquid datum est, quo constet illius utilitas, & sicut in operibus etiam humanis aliquid singulis inesse oportet, quo id quod esse debent, constet, siue illud rectum siue integrum in genere voces, siue quo nequeat illorum esse vsus ut potè si fundamentum domus non sit firmum & solide non sic inuitatur ut molem impostarum ædium sustinere queat, si trabes & parietes non recte collocentur & compingantur, si gladius non sit acutus, sed obrusus non obduratus sed plumbeus, ita habet & humani sermonis conditio qui sic veritate nititur ut sine illa non modo inutilis sed & noxius efficiatur, ut non sine ratione in verbis piorum requiratur. Nec immerito quidam veritatem ipsam commendant magnifico immortalitatis & felicitatis titulo, quæ ut modo diximus est ipse Deus humani desiderij finis. Nam reliqua omnia quæ felicitatem quandam fingunt & umbratilem nobis pollicentur, quia eximere hominis animum à mendacio nequeunt, veritas dicenda non sunt, nisi participatione quadam sic docere velimus, quatenus & ipsa à Deo ipso tanquam à summa veritate, quæ vique nullum admittit fucum, procedunt. Quantum ergo à vera luce & felicitate aberrant illi qui veritatis radiorum impatientes iudicis rerum falsarum tenebris & vertigine rapiuntur, & animo hic & illic rotari vi-

dentur cuiuslibet phantasmatis impulsu, perciti. Addam & illud cum tota Canonistarum & Iurisperitorum schola veritatem in omnibus principatum obtinere, & ideo à quocunque præferenda est. 2. q. 7. c. 7. quæritur. Rosarium Busti lib. 2. serm. 33. Dec. in c. quoniam contra, de probationibus. 4. not. per illum textum & in cap. si duobus col. 3. de Appel. Et hoc conari debet quilibet Iudex qui æquitatem cum integritate & viri bono nomine proficetur, Hippol. in l. 1. §. si quis vltro. col. 4. de quæst. Marian. in tract. de testibus. in cap. Fraternitatis. 3. char. col. 1. cum eius propriè interfit veritatem & æquum protegere, Paul. de Castro lib. 2. conf. 169. viso puncto in prin. Barbat. in Ioannina col. 16. Venerentur ergo Iudices immortale numen veritatis. Immortale dixi quia veritas nunquam mori potest. Anchar. in reg. possess. col. 13. Albe. in dictionar. in vers. veritas, per text. in ca. ne quis. 22. q. 2. Lancel. Politus in tract. de offic. aduocator. in rub. de prudentia circa medium. Inensos & Iratos in se prouocat superos qui veritatem opprimi prospiciens eam pro viribus non defendit. n. q. 3. c. quisque & c. nolite Hadrian. Pap. in Quodlib. q. 11. litera. F. scrutinium. char. 2. qua fronte ergo prodite in conspectum altissimi audebunt Pharisaici illi iuuenes qui veritatem manifestam claram & dilucidam, eorum conscientia vermen pungentem, stimulantem, & rogitantem non solum dissimulant fingunt & paruifaciunt, sed spurcissimis mendaciis eam stuprare conantur. Iudex enim sententiã dicens contra veritatem sibi etiam priuatim compertam planè mentitur in læsionem & alterius perniciem, aliud enim dicere quam scias mendacium est. Mendacium autem minimè fieri potest absque grauissimo flagitio, & tremèda pœna, cuius quidem reus est Iudex quia veritati aduersatur. Malè ergo legis & canonis Censio in veri detrimentum constituitur. Hic est primus Achilles oppositorum hostium qui euertere putat Pontificium & Cæsareum nostrum Decretum.

Prodeat hic alter magnis copiis præinctus & forti milite, factis fixis authoritatibus. Legitur quandoquidem Deuteronomio decimo septimo Domini mandatum inuiolabile his ferme verbis. Venies autem sacerdotem leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore quæresque ab eis qui iudicabunt iudicij veritatem. Nos autem inter fori strepitus sepius & cum dolore experimur innocentes damnari quam-

uis eorum innocentia non lateat iudicis animum qui tamen
 fallis testimoniis excantatus, ad probationum vota flectitur
 non sine veritatis & iustitiae iniuria, quo pacto salubrius fo-
 ret iudicem omisso actorum & probationum fucis ad verita-
 tem tuendam se deuovere. Quae quidem veritas nullis potest
 inuolui tenebris, nulla colorum specie aut fucis deuenustatur,
 ut optimè retulit Seneca veritas simplex est oratio, impostu-
 rum est enim verborum lenocinii mendacia fucare, simplex
 autem veritas, ficus ficus, ligonem, ligonem appellat. Etenim
 non veritas sed mendacium in varias se formas vertere con-
 suevit, quo facilius in sui admirationem rapiat incautos. Ve-
 ritas ut non in diuersa scinditur, ita stabilis semper incom-
 mutabilisque aduersus tot repetitos mendaciorum incurfus
 perdurat. Veritatis hæc est natura & cōditio, ut simplici per-
 spicuitate gaudeat, perinde atque pudica matrona ornata
 honesto. Mendacium eget coloribus & fucis instar scorti &
 impudici & lasciuu. Hinc fit ut tantis ambagibus, tanta vo-
 cum compositione caudicis sua dicta circumsepant ex quo-
 rum numero plures inueniuntur qui docuerunt linguas suas
 loqui mendacium, diserti aduersus iustitiam, eruditi pro fal-
 sitate, sapientes ut faciant malum, eloquentes ut impu-
 gnent verum. Has ergo verborum pugnas quæ magis ad
 subuersionem, quam ad inuentionem proficiunt veritatis mi-
 nime debet sustinere iudex, sed prout in conscientia facti ve-
 rum euentum adeptus est iudicare debet. Securius enim illud
 videtur quod apprimè nouit discutere quam incognitis ra-
 tionum versutis iudicare, vnde cum iudici veritas ipsa com-
 perta est & nota, non potest iusta ratione eam omittere
 ut sequatur vel sordes falsorum testium errorumve aliorum
 instrumentorum. Quæ quidem possunt esse eius generis ut
 omni corruptela insignes efficiantur & ad partium arbi-
 trium in damnum insonis ut veri probentur iudici vox a-
 liud sonat aliud conscientia. Taceo sedulam & proca-
 cem, in corrupendis iudicum animis diligentiam, cur-
 sus & recursus & cætera quæ in forensi palestra quotidie mo-
 liuntur, adeo ut aliquando nec iudici secundum æquum &
 bonum, nec secundum veritatem penes ipsum reconditam,
 sed iuxta sordium farraginem iudicare liceat. In pestilentis-
 simos autem iudices qui veritate contempta per sordes au-
 dent ferre sententiam grauissime poenæ stabiliuntur. Lege 12.
 tab. capite mulctabatur iudex arbitere iure datus, qui ob

Seneca est
 Euripides

Veritas
 & mēdas
 est, discretis
 moris.

*Mac legē
Mald. in-
sorpreca-
tus est in
sommens.
ad l. 1. 2.
ab.
Plinius li.
2. Epist.
scribit Ma-
rium illū
senatu
dānatum
oratio se-
ptuaginta
milia sex-
tertia qua
Afric ex-
sorserat
repēdisse.
M. T. Cice.
Epist. 1. ad
Q. Fratre
& ad Ae-
licum. lib.
6. Ep. 1.
has esse. c.
Casaris
sanctiones
ostendit.
Papo lib.
6. num. 2.
Arresto.
I. a. ita suis
se in facto
observatiū
Parisius
scribit.*

dicendam pecuniam accepisse convictus erat * vt refert Gel-
lius lib. 20. cap. 1. Noct. Attic. Poena aliquando constituta fuit
pecuniaria, cuius reus fuit Marius priscus, accusantibus Afris
quibus Proconsul praefuerat. Aliquando extorres & exules
publicis muneribus frustrabantur & ab omni dignitatis titu-
lis arcebantur & in Insulam deportabantur, aliquando vlti-
mo supplicio facinoris gravitatem expiabant, quamobrem
Iurisconsulti poenam hanc diuersam arbitrariam faciunt. Ita
Gram. consil. 35. num. 9. & voto 25. num. 8. Boerius. q. 153. nu.
3. 9. Bossius tractat. caus. crim. in tit. de officialibus corr. nu.
7. 8. Iulius Caesar Romanorum Imperator nunquam satis
laudatus legem Iuliam de repetundis tulit, qua puniuntur
corrupti iudices exilio vel etiam grauius secundum qualita-
tem facti vt est textus eiusdem legis Iul. §. fin ff ad l. Iul. re-
pet. Et ita videtur colligi, ex glo. fin in l. 1. C. ad l. Iul. Maiest.
quod & aliquando nostris temporibus accidisse scimus.
Iurare autem leges tam vehementer execrentur corruptum
animi iudicium in Magistratibus, eleganter tractat Iustinia.
in Auct vt Iudic. sine quo. suff. §. considerauimus. Est enim
namque hoc (iniquus) sacrorum eliquiorum mirabile &
verum, quod Auaritia omnium sit mater malorum, maxime
quando non priuatorum, sed iudicium inhaeret animabus.
Quis enim sine periculo non furetur? quis non latrocinabitur
sine reatu ad administrationem respiciens: Illum namq;
videns omnia auro vendentem, & presumens quicquid egerit
illicitum, hoc pecunias dando redimet. Verum vt poena-
rum omnium diuersitatem quibus obnoxij sunt mali iudices
paucis perstringamus verbis, vsu, lege & imperio decretum
est quod Iudex qui corruptus per sordes iudicauit, si in cau-
sa criminali pro gravitate causae etiam vsque ad mortem
iudicis arbitrio puniatur confiscantur eius bona, notetur in-
famia, & dignitate honorisque priuetur. Si vero in causa
civilis iudicauit, si recte solum tenetur restituere quod accepit.
l. 2. §. vlt. ff. ob turpem causam. si vero inique, litis estimationem
laeso soluit, l. si filius famil. §. vltimo. ff. de iudi. l. vlti.
C. de poen. Iudic. qui male iudic. Sunt etiam qui dicant sen-
tentiam nullam esse latam per Iudicem pecunia aut alia
quavis arte corruptum & illusum l. venales. C. quando pro-
uoc. non est necesse. cap. cum ab omni de vita & honest. cler-
ic. Archidiac. in c. recte 11. q. 3. facit Hadrianus Papa pul-
chre in quodlibet. q. 10. praesertim col. 2. Hipp. in rub. de-
probat.

probat. col. 39. Parua profecto sunt hæc nisi metueretur summi Iudicis ira, qui seuerè vltus est eos qui veritatem contempserunt vt per Iudiciorum sordes iudicarent. Perpendat hæc altius, & in medullis concoquat Iudex qui vt hominum viriis morem gerat sequitur litis & causæ demonstrationes veritate excussa & fœdè lacerata. Cum ergo tam frequentes Iudicialia Instrumenta labefacta, violari & inextricabilibus modis illaqueari possint satius esse censeo Iudicare solius veritatis cognitæ consilio, quam probationum illusoriis incantamentis.

Tertius adest insultus, qui non minore robore & audacia quam priores nos aggreditur & ad conferendas manus provocat. Vnum autem telum duntaxat, in legem & Canonem iaculatur quod sumptum est in pharetra veritatis quæ est sacra scriptura. Exodi enim 23. prohibetur innocētis & iusti condemnatio. Innocentem inquit dominus & iustum non occides. Quinetiana Iuriconsultus existimat melius esse nocentem impunitum relinquere quam innocentem damnare l. absentem. ff. de pœnis. Archidiaconus in c. vltimo. 23. q. 3. Decius optimè in l. fauorabiliores. ff. de regulis Iuris. Quod si in dubio est satius nocentem absoluerè quam nocentem damnare nonne sanctissimum erit Innocentem absoluerè, cum certus est Iudex de eius innocentia licet falsis testibus is conuictus fuerit? Quis ergo adeò vesanus & mentis impositus audebit tueri canonis & legis in Controuersia expositæ rationem, quæ tam apertissima vincitur & superatur lege, non solum naturali sed & diuina, quàmque multi ex veteris testamenti patribus toto nisu amplexi sunt. Sic enim Daniel Presbyterorum Susannæ castitati invidentium perfiditatem detexit & explosis eorum testimoniis verum ratumque protulit Iudicium falsamque accusationem diremit. Tantum abest igitur cum tot Iudex probationum monumenta sequi debeat, quin de veritate quam certo cognitam habet liberè Iudicare tenetur vt miseri protegetur Innocentia. Multum ergo falsus est quicumque hoc rescriptum edidit de ferenda sententia iuxta probata & allegata.

Puratis ni fallor auditores tantis machinis tantoque arrete casum minari nostram propositionem & validam sententiam, qua Stenorea veluti voce clamamus Iudicem astringi ad iudicandum secundum acta & probata etiam si sciat veritatem esse in contrarium. Verba fides sequitur, clarissima

b s Aut horum

Authorum grauissimorum autoritate & opinione cuius ope
& fortissimis praesidiis non solum nos nostramque tuebi-
mur thesim, verum etiam limpidissimis rationibus futilita-
tem & temeritatem horum argumentorum ostendemus.

Iactis ergo totius nostri edificij fundamentis basibus &
legum peritulis sagaci vtemur distinctione si aduertamus
aliud esse Iudicem sententiam ferre ex his quae vt Iudex scit
etiam si priuatus contrarium agnouerit, hoc enim est quod
nos probamus receptione opinionem sequuti, aliud est Iu-
dicem sententiam dicere contra conscientiam quod nec nos
probamus nec iure probari potest, nisi clarius elucidetur Ca-
nonis & §. intentio. Iudex siquidem sententiam ferens
ex actorum probationibus contra particularem scientiam
minime mentitur cum autoritate publica sententiam dixe-
rit, ex his quae vera apparent suspectis publicis documentis
vnde Iudex ipse viso processu ex eo causam diffiniens id
quod illi vt iudici verum esse constat apertissime sequitur.
Denique ex probationibus falsis Iudex ferre sententiam non
debet, quando falsitas testium instrumentorumve eadem
Iudici vt iudici, non autem vt priuatae personae nota & ma-
nifesta est, & priuatim constat, id enim esset credere plus iu-
dici vt testi, qui testis esse nequit & vnicus est fallique po-
test quam duobus testibus tribusve, qui vere testes sunt & a
Iure legitimi censentur quod perniciosum esset reipublicae
in expediendis diffiniendisque negotiis, ac deinde Iudex ex
allegatis & probatis iudicans aduersus priuatam scientiam
iudicat plane secundum veritatem cum ea sit Iudici veritas
quae ex ipsis publicis instrumentis constat, non ipsa mentis
cognitione & priuatae scientiae Iure, quae in varios scopulos
frangi & rumpi potest, prout fertur & agitur variis affecti-
bus hominis animus vt nec temere nec inepte Cicero dixit.
Plura indicare homines aut amore, aut cupiditate aut
iracundia, aut dolore, aut laetitia, aut spe, aut timore, aut er-
rore, aut aliqua permotione mentis, quam veritate, aut praes-
cripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legi-
bus. Perpendite autem in quantas clades impingerent actio-
nes nostrae, si vnus hominis capiti & caperati arbitrio du-
taxat remitterentur. Nemo me hercule nemo vestrum igno-
rat quantum possint fascino hominum passiones ad cohi-
bendam eorum voluntatem, ad rationem diminuendam
ne veritatis exquisita suboriatur cognitio, quae profecto ani-
mum

παύ.

num liberum minimè decent multominus Iustitiæ & æquitàtis administratorem quæde causa rectè cecinit Boëtius Sapphicum illud Adonicum libr.1. de Consol.Philosoph. Metr.7.

Tu quoque si vis	Pelle timorem
Lumine claro	Spemque fugato
Cernere verum,	Nec dolor adsit,
Stamine recto	Nubila mens est,
Carpere callem,	Vinctaque fienis
Gaudis pelle	Hæc vbi regnant.

Horum versuum leporem elegantissimum refert Maria. in tract. de Visib. lib. 11. q. 6. Iulius Afflictus in Cōstitutione vt vniuersi col. antep. amor & odium corrumpunt Iudicij æquitàtem Aristotel. part. 27. Problem. 13. Biblia aurea. c. 73. de Iudiciis hominum falsis. Petrarcha in Præfatione Epistol. char. 1. Alexander de Neuo in Consil. contra Iudeos cœnantantes col. 27. Arc. consil. 65. Scribit Plato de iis affectionibus. in huc modum τὸ δὲ ἴσμεν ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον γένηται καὶ ῥιπῆσι ἕνεκα ἐμοῦσαι ὅτι οἱ τε ἡμῶν καὶ ἀλλήλων ἀντιθέται. Plato. lib. α. καὶ οἱ ἐναντία ἔσονται ἐπὶ ἐναντίας πράξεσιν ὅθεν ἰορισμένη αἰετὴ καὶ νομῶν κακία καὶ τῆς μετὰ γένεσιν ὁ λόγος ὅτι δὲ ἐν τῶν μελέτων ζῆλον ἐπόμενον αἰετὴ καὶ μετὰ τὴν ἀπολείπμενον ἐκείνη καὶ ἀντιθέτων τοῖς ἄλλοις καὶ τοῖς ἑκάστοτε. Id est. Hoc vero scimus, quoniam hæc affectiones sunt in nobis ceu nerui quidam ac funiculi, quæ trahunt nos, & quemadmodum inter se contrariæ sunt ipsæ, sic & nos in contrarias actiones trahimur, vbi vel destinata aliqua virtus vel malitia iacet. Porro sapientia ipsa inquit opus esse vna tractatione, quam si quis sequatur & nusquam ab illa deuiet tum fore vt alius funiculis contra trahatur. Hæc Plato. Hunc autem sapienti sententia multum excelluit Hadrianus Papa in suo Quodlib. quæst. 2. col. 1 & chart. 18. col. 1. & quæst. 3. col. 6. allegando 2. Rhetor. & quæst. 4. colum. 7. vers. ad quartum & ibi. in fin. colum. 9. & quæst. 6. vbi allegat Philosophum 3. Politic. c. 24. dicentem quod sicut mens sine affectu seu passione est leuissima cum affectu est leuissima bellua Idcirco tanta vocis magnitudine Carilina in princip. suæ responsionis contra Ciceronem dicebat. Omnes qui de rebus dubiis consultant, debent in primis animaduertere ne cuiquam voluptati temerè assentiant néve liberum ingenium

nium favore aut iracundia pessident, imò eniti debent vt
 durent inuitis animis, vt omnium rationes æquè concupi-
 scant, nec in alterutram partem inclinent donec luce clario-
 res in apertum deductæ & satis peroratæ causæ videantur.
 Difficile est enim commotis animis & concitatis ingeniis
 verum cuique persuadere. De his patheticis impulsibus plu-
 ra relata sunt per doctores. Lucas de Penna in l. 2. C. de ex-
 tract. trib. lib. 10. col. 2 & Dionorus apud Thucididem lib. 3.
 dicunt quod duo sunt precipuè ad bene consulendum contra-
 ria celeritas & ira. c. ponderet. 50. dist. 6. Deus omnipotens
 2. q. 1. Speculan. tit. de req. cons. colum. 6. versic. item not. Fel.
 in c. Ecclesia sanctæ Mariæ col. 13 de constit. Albertanus
 lib. 1. de Syllaba quis & lib. 2. de consil. dandis. col. 7. Et rub.
 ne petas consilium ab irato. est in rub. de amicitia iracundi
 hominis vitanda Bolog in Theodosiana in versic. Vnde est
 char. 0. Luc de Penna in l. h. tantummodo. C. de cursu pu-
 blic. lib. 12. Decius in proëmio sermonis post suum consi-
 lium. 151. Cum ergo pro comperto habeamus interesse
 malis ne hominis solius arbitrio & iudicio referantur sen-
 tentiarum Decisiones optimè decretum est Pontificum &
 Cæsarum placitis Iudicium illud legitimam censerem quod
 Instrumentorum & actorum probationibus non priuata Iu-
 dicis conscientia aut voluntate que variis affectibus obnubi-
 lari & inerrari potest.

Secundò facile ruituras contradictionum machinas spe-
 ramus si paulo alius consideremus quam serio sagax exa-
 men requirant omnes & singuli fori controuersia. Idcirco
 inier multa non minus præclare quam sapienter à nostris
 maioribus instituta pro vera Iudicij norma & æquitate, illud
 certè omnium iudicio videtur præclarissimum, maximum
 & æquissimum quod statuit Eleutherius Pontifex maximus
 in cap. Iudicantem. 30. quæst. 5. cum iussu voluit iudicantem
 cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere,
 interrogandi & respondendi obiciendique data & concessa
 patientia. Id autem commodè sepius obseruauit Meno-
 chius & multorum suorum Consiliorum oracula paribus au-
 spicatus est verbis. Vt restantur Consil. 134. & 175. & 36. Qua
 in re liquido constat præcipitem omnem Iudicandi affe-
 ctum æquitati & veritati alienissimum esse. Vnde multis mi-
 nantur pœnis iudices qui nullis documentis præmoniti im-
 peritiam mentis in ferendis sententiis profitentur. Inmanissi-
 mi

mi quicumque antiqui sæculi Tyranni in reos nunquam debacchati sunt, nisi præuis accusationibus. Accusatur Daniel cu suis collegis corâ impitissimo Nabuchodonosor, Itaruuntur actionum libelli quod idolorum cultum contempserint, eos ante condemnatione interrogat Barbarus rex, & neque furor, neque rabies in fideles & timoratos feruescens quibusque percutis erat obtinuit, quo minus ab Impio rege interrogarentur & accusari responderent. Tunc (ait Scriptura) Nabuchodonosor in furore & ira præcepit vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago & ait eis, Vere ne Deos meos non colitis & statuam auream, quam constitui non adoratis: Iudex etiam Festus strepenti bus & quali furentibus Iudæis in doctorem Gentium Diuum Paulum, prudenter respondit. Non est Romanis consuetudo dånare aliquem hominem priusquam is qui accusatur præsentis habeat accusatores. Cumque defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obiciuntur. Quemadmodum (inquit excellentissimus Doctor quidam Hispanus) non poteris quidquam scribere nisi calamum duobus digitis apprehendas *Hierony.* sic neque sententiam Iudex proferre in aliquem debet quin *Guadalup.* audiat vtramque partem. Hodie multi ex his qui tribunali *pensis* bus præsent vel obliquè vel imprudenter celeri quadam procacitate de causis Iudicant. Tales autem æquissimis legum sanctionibus extrâ ordinem iudicis arbitrio puniuntur. l. vlt ff. de variis & extraordinariis cogn. & Insti. de oblig. ex quasi delict. in prin. & hoc in casu declaratur statutum Papię. 13. de regimine potestatis sub rub. de pœna Ius dicens vel officialis aggrauantis aliquem iniuste, pœna illa ordinaria locum, non habebit, quando per Imprudentiam iudex aggrauauit, molestiaque affectit. Pœna autem hæc arbitraria est vt parti læsa damna reficiat, non in solidum sed in quantum facere potest, ita gloss. l. vlt ff. de variis & extraordin. cogn. Bartol in sua. q. 9. Iudex per imperitiam, col. vlt Bald. d. § Iudices. num. 1. Ibi Afflict ex text. l. si Iudex. ff. de Iudiciis, nisi hæc Imperitia sit ex lata culpa, quæ dolus præsumptus appellatur, quoniam tunc in solidum tenetur, & tradit Alex in l. 4. § eum. ff. quod quisque Iuri s. Bossius tracta casus criminalium in tit. de official. corrup. nu. 3 & eum sequutus est Iul. Clarus. Vt ergo in decidendis & dirimendis causarum litigiis prudentior sit Iudex necesse est vt cuncta profandè cunctetur & certis demonstrationibus percipiat.

Tertio

Tertiò communibus doctorum votis propositionem nostram tuemur & alius quam antea clamamus quod quamuis Iudex oculis propriis videat sceleratum aliquod facinus perpetrari, non possit in eius auctores ferre sententiam priuato, soliúsque mentis iudicio, nisi optima probationum serie eluceat. Nec ignoramus Iura multum fauere Iudici & legem penes Iudicis auctoritatem summo, pollere robore multumque de ipsius equitate confidere. sed cauetur Pontificia & Cæsarea potestate quidquam à Iudici quantumuis notorium absque legitima probationum congerie discuti. Consentaneum equidem rationi censetur vt secundum acta & probata iustitia ministretur alias posset iudex aliquem suspèdi facere, & dicere quod ipse est occultissimus testis sceleris commissi, quod non sine intolerabili iniuria eueniret. Adde quod sepiusculè quædam dubia Iudicis menti & intellectui occurrunt quæ nutantem & obliquam quasi auribus tenens nesciat in quam partè desistere queat, dum in equilibrio ponit dubietates suas vel in odium vel in fauorem cause prodituras, vt Doctissimus Nauarrus in cap. si quis autè num. 130 de pœnit. dist. 7. post Adrianum in quodlib. quest. 6. art. 2. ver. Quarta propositio. tradit. Fluctuantem siquidem Iudicis animum veritas testimoniis elucidata sedare debet, ne in varios iniqui consilij vortigines rapiatur, quibus necesse est vt alterutrum lædat, quod cum ingenti salutis iactura contingit. Non enim agere quis debet illud de quo dubitat an sit peccatum vel non. Nec (vt inquit Menochius) opinor oportere Iudicem semper credere ius esse illi pro quo iudicat, sed satis est credere pro illo esse iudicandum. Quandoquidem qui sit aliquid vt priuatus, quia vidit & contrarium in actis probatur, non credit verum ius esse quod probatur atque ita ius ita eius esse illi, qui falsum illud probat, credit tamen pro illo esse iudicandum. Nam sua conscientia ei non dicitur esse aliter faciendum. sed ita rectè & iure faciendum quemadmodum scriptum reliquit Scholasticæ Theologiæ summus Protomysta Diuus Thomas 2. 2. q. 64. art. 9. & q. 67. art. 3. Ex quibus certò consequimur quod Iudex qui aliquid scit vt priuatus non tamen iudicare ita debet.

Quarta hic tandem constituitur & figitur nostri præsidij Basis publica utilitate constructa, eamque ex libro 5. q. 4. F. Dom nici de Soto firmam & in concussam ereximus. Sic enim

enim ex fine publicæ authoritatis argumentis nititur cum inquit Publica iudicia ob tranquillitatem & quietum statum Reipublicæ constituta sunt, atque eo pacto ut nulla sit patula iudicij via declinandi, ubiuis libuerit è Veritate. Si autem non teneretur secundum allegata iudicare, pax illico reipublicæ turbaretur, nam cum populus de occultis non iudicet, videns non statim publicis probationibus, non posset non in iudicem proclamare, tunc præsertim ubi de re atrocis esset, ut de urbis prodicione aliave simili. Præterea iudici semper relinqueretur via excusandi se ab executione Iustitiæ, per hoc quod diceret sibi patere contrariam veritatem. In summa necessarium est ut Iudex qui in oculis civium ius dicit sententiam suam populo persuadeat, eatenus saltem ut convincatur secundum iura fuisse prolata quod facere nequiret nisi secundum allegata iudicaret. Hactenus Soto. Profectò satis dolere nequeo temporis nostri vicem in qua Iudices Proteo quovis versatiliores nec publico commodo, nec veritatis amori consulentes, ad omnem capiuntur volubilis mentis libidinem, nullis ponderatis delinquentium criminibus, nulla cauta indagine, animi pertinacis & præceptis decrerum sequuntur. Et quod tristius est, quamvis sciant se iudicasse per sordes, errorem tamen fateri negligunt, licet & illum in salubrius consilium mutare possint. Iudex enim publicæ utilitatis & iniquæ voluntatis conscius potest emendare sententiam à se dictam, vel etiam supplere in his quæ ad consequentiam eius pertinent ceu accessoria sint videlicet eodem die quo lata est. Ulpianus in l. Acta. Hermogenes in l. Actoium, ff. de re iudicata

Ea ergo est nostræ sententiæ ratio veritatem nullo modo magis splendescere quam diffusa rerum inuicem oppugnantium discussione. ff. de mun. & honor. §. si. nec ob testium lubricos & varios affectus cessandum est à veritatis sagacissimo scrutinio. Sunt enim testibus falsis suæ pœnæ. Falsitatem comitatur gravissima supplicia, & idcirco Habreorum summus legislator Moses in eos qui falsum testimonium proferrent ex diuina legis commissione edictum iam pridem tulit, illudque referre non absolum videtur his verbis.

לֹא תֵעוּדָה בְּרַעְיוֹ עַד שֶׁאֵת

scaker. ed bereeca thahaneh Lo

Peregrinis cogimur uti verbis. Eiusdem autem sanctionis æquitas & confirmatio tanta religione exulta habetur
in

in

in Deuteronomio paribus ferme modis nisi quod legis vltimum verbum mutet **לשוא** quod nostris Latinis interpretatur mendacium. Septuaginta Interpretes vtriusque loci seriem examinantes eadem plane significatione retulerunt **ου ψευδομαρτυρησεις** & **τὸ πλῆστον οὐ μαρτυρια ψευδη**. Et Diuus Hieronimus sic non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Quod si timari libuerit hoc preceptum paulo exactius facillimè comperiemus, nihil esse in vniuersis Iustiniani legibus quidquam solenne magis aut religiosum, aut fori aequitati convenientius. Sunt & verba extra omnem ambiguitatem posita, vt nullis glossematis opus sit. Hinc videmus hebreum verbum **לשוא** lo *sabanech* proprie non loquendi sed respondendi significationem inducere, quasi dicas. Non respondeas testimonium. Quod quidem animaduersione non caret, nec id otiosè dictum fuisse creditur, Christianis enim legibus cautum est ne quis temerè non rogatus testimonium effutiat, imò audiendus non est, qui rogatus in Ius impulsusque non fuerit, nec in numero verborum lenocinio Iudicis demulcere aures, aut senatus importuna garrulitate obrundere animū, sed ei percunctanti respondere debet. Hodie iam multi inueniuntur Atticis & Pœnis perfidiores qui minimi lucelli gratia dicenda tacendaque euomunt cum de ipsius negocij ratione inexpertes sint. O graue nephas. Siccine sunt inter Christianos qui non solum in fortunas sed in vitam proximi Catilinis omnibus peiores coniurarunt. Siccine adhuc pullulascit falsorum testimonium crudelitas qui in fori grauissima potestate, venalem proximorum exhibent vitam. Taceo quam indignè acuant linguam in odij Vatiniæ pestem, quibus schismatis, conuictiis, periuriis, omniq̄ue linguæ abusu nocere proximo fatagant, sed illud anxius me mouet quod in contemptum veritatis mendacium proferre contendant, in veritatis inquam Eulogium quo Deus tantopere delectatur. O scelestissimi tenebriones qui veritatis fulgidissimum iubar, veluti solem è mundo euellere & extinguere putant. Quid indignius in Republica Christiana excogitabitur? Quid magis impiū quam pestilenti lingua vitam proximi confodere? Quo ruitis infani? Quæ vos vesania pungit? Habets hominis fidem integritatem, religionem, perspectam nouistis vitæ cultum, innocentiam, eum tamen corruptissimo mendacio apud Iudicem traducitis, & vitam quæ nihil preciosius est in discrimen adducitis.

*Falsi testimonij ne-
gria Impi-
etas.*

adducis? Non vni solum noces, non vni soli inuides, sed parentibus, affinis, cognatis, vxori, & charissimis liberis qui Dei Iustitiam tui sceleris vindicem lachrimulis implorant. O abominandum spectaculum! Vnius ergo aut duorum aut trium falsissimis depositionibus innocens iugulatur, opprimitur, proditur, cum veritatem falsitas, peruersitas innocentiam, Iustitiam iniquitas, pessundat, suffocat, perdit. Dij estis ô Iudices, nequaquam permittite vestri Iudicij aciem excantari, ac decipi, sordibus testium. Vos scitis qua industria deprehendantur testium fuci, qua indagine ponderentur depositionum verba, nihil sit vobis cum falsis testibus commune. Renouentur in eos omnia Pontificum & Cæsarum decrera. Suspiciantur Senatusconsulta quæ tantopere testium damnant perfidiam. Quod si prisca supplicia satis aspera non sunt in tanti flagitij mulctam, noua excogitentur inaudita quum nimis auditum sit tale scelus, quum indies inueniantur qui pro ioco ducant callidè mendacia contegere donec Iudices tenebris & errore circumfusos ad sauiendum in bonos infontesque viros impellant. Non est quod blandius cõsulamus huic sauiissimo vulnere, crudeli morbo crudele dandum est Pharmacum. Nonne & vos habetis legum Patrocina quibus pena decernitur in falsos testes? Solennis est in iure Ciuili legis Cornelie appellatio. Pœna legis Cornelie irrogatur ei qui falsas testationes faciendas testimoniæ falsamspicienda dolo malo coniecerit, aut ob instruendum testimonium pecuniam acceperit. Zeno profectò Imperator probissimus rupto omni fori priuilegio, & extera Iurisdictionis prouocatione testes falsos pro qualitate delicti puniri iussit arbitrio Iudicis. Barrol. in l. 1. §. 1. ff ad l. Corneliam de falsis, & ibi Marsil. num. 5. Abb. in cap. 1. de crimine falsi & ibi Fel. & idem in c. licet causam. num. 30. de probation. Iaf. in l. Diuus num. 27. de re iudic. Vtinam saltem apud nos enasceretur aut conualesceret pœna illa qua lara est Hispanie in eos qui falsi conuincuntur, quibus regio edicto quinta pars dentium extrahitur etiam si in ciuilibus causis tantummodo eorum deprehendatur falsitas. Quod profectò diuinis sanctionibus habetur simillimum. Sic enim legimus in Deuteronomio. Si steterit testis mēdax contra hominē accusans eum prauaricationis stabunt ambo quorum causa est in conspectu sacerdotum & Iudicum qui fuerint in diebus illis. Cūmq; diligentissimè perserutantes inuenierint falsam

testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit &c. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Nec minus iusta & sancta est Gallorum Christianissimi Regis Francisci huius nominis primi Henrici tertij Aui foelicis & aeternae memoriae lata circa annum Domini 1539. per Galliã sanctio qua falsi testes tum qui hos ad falsum committendum persuadēt capitali poena plectuntur, & laqueo suspenduntur. Sic & Plato ultimum supplicium imponit iis qui ter falsum testimonium dixisse conuincuntur. O foelix talionis lex. Sed multo foeliciores sacri Imperatores qui eam tulerunt. Infelicissimi qui flagitijs & mendacijs turpissimis eam consequuntur. Testis mendax perib. t. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Qui apud Romanos falsum testimonium dixisset è saxo Tarpeio deiciebatur. Testis falsus apud Indos extremis decurtabatur. Apud Aegyptios falsi & periuri capite multabantur, tanquam qui duplici tenerentur scelere, vt qui & pietatem in Deos violarent & fidem inter homines tollerent, maximum vinculum societatis humanae. Primus omnium vt testantur historiae, Charondas testi falso multam indixit. Optimè ergo iure ciuili si quis in iudicio interrogatus alicuius controuersiae causa dixerit testimonium aduersus veritatem dubio procul falsum committit, falsique reus efficitur l. 1. ff. de falsis. in prin. ca. 1. de crimi. falsi. l. nullum, C. de testib. Nec solùm falsum committit testis qui responderet contrarium eius, quod verè ipse sciebat: sed & is, qui interrogatus de aliqua re veritatem tacuerit, dixeritque se nihil scire quod probat tex. in dicto. cap. 1. cap. quisquis. & ibi gloss. 11. quaestio. 3. Bal. in l. data opera numero 29. C. qui accusare non possunt. gloss. in cap. cum dilecti. de accus. verb. plenam & verb. meram. Fel. in ca. 1. de testib. cogend. num. 3. Regia. l. 42. tit. 16. par. 3. & l. 1. tit. 7. part. 7. tacere siquidem vbi loquendum est, & loqui vbi tacere oportet, & est necessarium, peccatum est, secundum Thomam 2. 2. quaest. 73. art. 1. & Florent. 1. part. tit. 2. cap. 4. §. 5. Quod si testis interrogatus veritatem tacuerit, forsitan absque dolo, quippe qui homo integre fama, & opinionis de actu post longum tempus interrogetur, excusabitur planè ex praesumpta quadam simplicitate, licet constet illius actus scientiam eum habuisse, sicut adnotarunt Riminald. in l. qui accusare. C. de edendo colum. 2.

Plato. lib.
34. Dialo.
12. de leg.

Strab. lib.
15.

Diodorus
Sicul. lib.
1. cap.

colum. 2. & Anton. Rube. confilio 16. potest autem testis fal-
 sum dicere testimonium in decem prædicamentis, quæ com-
 memorat Azo in proem. C. eleganter Bal. in data opera. nu.
 31. C. qui accus. non poss. & sanè testis falsum dicens testimo-
 nium multis est nominibus execrandus. Testem fallacem
 odit Dominus. Et cum multe sint mendacij species hæ sunt
 pestilèntiores & infestiores quibus læditur Proximus, falso ni-
 mirum testimonio, per quod Iudiciù peruertitur, à quo reipu-
 blicæ salus dependet per quod innocentes opprimuntur etiã
 usque ad mortem aliquando ita vt non minus noceat quam
 qui manu alium occidit. Idcirco non iniuria dixit Salo-
 mon summus Philosophus iaculum, & gladius & sagitta
 acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum
 testimonium. Nulla elegantiore aut aptiore vti potuit simili-
 tudine qua insinuarer & testaretur quam horrendum sit ho-
 minem in hominem dente lupino læuire vnus falsi testimo-
 nij telo, quo durius vulneratur quam cuspide acutissimo.
 Quod si more nostro libuerit paulo enucleatius scrutari vo-
 cum Emphasi, comperiemus Habreum pro iaculo habere
 מַפְיץ *mepits* quod pro malleo vsurari potest, illudque
 septuaginta venterunt ῥόπαλον hoc est claua vel fustis.
 Itaque tria vtrouque ponuntur quorum vno caput ho-
 minis solet contundi ac frangi. Secundo iugulum peti solet
 & tertio cor transfigi vt significetur eum qui loquitur con-
 tra proximum suum falsum testimonium perinde facere, ac
 si caput hominis malleo vel claua contunderet, gladio eum
 iugularer, aut denique sagitta cor transfigeret. Tria autem
 hæc diuersos, & omnes penè modos comprehendunt, qui-
 bus homo homini nocet, vt annotat Caietanus. Malleus e-
 nim tundendo, gladius scindendo, sagitta acuta penetrando
 nocet, & occidit. Vnde significatur multiplex nocumentum
 quod excipitur à falso testimonio. Nocet enim & personæ
 & famæ & rebus. Vt est siue tria diuersa exprimantur, siue
 tandem duo, vt apud nos, diuersa, significatur hac parabola
 & comparatiuè (nam & hic, vt & alibi sæpè, particula simi-
 litudinis est intelligenda, vt sit sensus, Falsus testis est veluti
 iaculum & gladius) testem falsum grauitè nocere, & non-
 nunquam lethaler. Præterquam enim quod graui doloris
 vulnere animam hominis ferit in extremis sæpè rebus ac fa-
 ma ipsa damnum infert, imò & vitam nonnunquam extin-
 guit, dum in iudicio per perhibitum à se falsum testimo-
 nium

*Plutarch.
in vita
Alexand.
magni.*

nium auctor est mortis à iudice illata. Authores Classis superioris summis inuectiuis falsum testium aduersantur vultus. Nemo vnquam publicum Doctorum & literatorum theatrum conscendit qui falsitatem illic non superatam & dilaceratam videat. Plutarchus mentiri tanquam vile quoddam seruitutis genus existimauit illudque multum suis scriptis abominatus est. Mendacij reus Antigonus ab aula Alexandri summo vituperio exhibitus est. Artaxerxes tantopere falsos testes prosequatur vt mendacis hominis linguam triplici clauo officii iusserit Mendax in iure priuatur beneficio in quo meritus est & si improbitas cum mendacio detegatur etiam Iudicis sententiæ subicitur. Vt Potentissimi Imperat. Theod. & Valent. æquissima iussit potestas in l. Et si leg. bus li. 5 si cont. ius. vel vit. pub. lib. 1. C. tit. 15. & Zeno in l. h. de diuers. rescrip. lib. 1. C. tit. 26. Quid plura? nō est quod nos inopes remediorum fateamur ad curandam exulceratam huius morbi saniem? Iura variis & plurimis modis expellendi euellendi & eradicandi falsorum testium colluuiem tradiderunt nobis rationem. O miriores medicos, Quanto longius differtur remedium, eo magis fit immedicabile & exitiale malum. Quis vestrum nescit falsum testimonium connumerari inter publica delicta & in eius accusationem insurgere posse quemlibet è populo? An non auditis passim inter fori septa eiulatus innocentum conqueri de falsis testibus? Quid dico de falsis? aut quod pestilentius est de his qui nebulonum quorundam conscientias irā venantur vt his infanda, inaudita, & horrenda coram grauissimo senatu immittant? Qui falsos testes producit, inquit Bald. reus est falsi. Qui dolo malo deponit contra Innocentem punitur tanquam homicida l. 1. in princ. ff. ad legem Corn. de sicar.

Papō grauissimus Author suis scriptis retulit quomodo regij senatus decreto Lutetia Parisiorum in hos falsos testes sancitæ fuerint poenæ. Quidam ad irremes transmittuntur. Multis datur deportatio & publicatio honorum. Plurimi fustigantur. Quibusdam etiam in causa ciuili amputatur lingua. Nihil falsi inultum relinquitur in sacra legum pagina. Qui dicto falsi testis vitur dicitur falsum committere. Fabricans falsum testamentum eiusdem seeleris est conscius cui olim iure Longobardorum amputabatur dextra manus. Qui producit falsum instrumentum, qui vitur falso instru-

mento

mentō quōd sciens nouit falsum reus est falsi. l. maiorem
 C. de falsis. Abradens instrumenta, apertens & disfigillans li-
 teras alienas ut eas ostendat aduersario, adscribens sibi lega-
 tum in testamento alieno, prohibens aliquem testari, ven-
 dens eandem rem duobus, criminis huius tantis legibus dam-
 nari vituperio, & infamia conuincitur. O crudele scelus cru-
 deli morte piandum! In posterum ergo dirius compescantur
 testium falsum deponentium motus. Si clericus sit puniatur
 depositione & detractione in monasterium, ut ibi penitentia
 tanti sceleris agat secundum Panormita. in c. 1. de crim. fal-
 text. optimus in c. si Episcopus 30. dist. nisi clericus ex offi-
 cio iudicis tunc puniendus sit nulla constituta contra eum
 accusatione, quia in hoc casu punitur poena extraordinaria
 iudicis punientis arbitrio text. & ibi gloss. in §. presbyteris.
 quæst. 6. Sic & iure civili dicens falsum testimonium si pu-
 niatur à Iudice ex officio circa accusationem, quia apud
 eum dixit falsum testimonium, extra ordinem arbitrio iu-
 dicis punitur, non ordinaria poena l. nullum & ibi glo. C. de
 testib. l. vltim. tit. 16. part. 3. notat Ioan. Fera. in Pract. in ru-
 bri. de forma iuramenti testis. colum. 4. quod si iudicio or-
 dinario accusationis actum sit contra testem falsum punitur
 is falsi criminis poena: quæ traditur in l. 1. §. vlt. ff. de fals. ut
 tandem poena falsi in homine libero sit deportatio, & om-
 nium honorum publicatio: in seruo autem vltimum suppli-
 cium. Sed si quis in causa capitali falsum aduersus reū testi-
 omnium dixerit, puniendus erit eadem poena, qua puniretur
 reus ipse, si criminis conuictus foret. text. in l. 1. §. 1. & ibi Bar.
 ff. de Sicar. cuius meminere Bal. in c. 1. in princi. de pace te-
 nend. & eius violatori. colum. vlti. Jason in l. et si legibus. C.
 si contra ius vel vtilit. pub. & in l. si duo patroni. §. vltimo ff.
 de iureiurand. Felin. in cap. sicut. de testibus. Chassanæ. in
 consuetud. Burgundiæ; rubr. 10. colum. vltima. text. optimus
 in cap. satis. 33. quæst. 5. cuius mentionem fecit Aret. in capit.
 super his. de accus. num. 24. idem gloss. sentit in c. Rex debet.
 23. quæst. 5.

Pansis velis expatiati sumus in hac de falsis testibus ma-
 teria, sed non temerè, cum nihil sit quod durius irruat in no-
 strum thema. Iudices quandoquidem eorum impetu solent
 adeo concuti ut iustæ etiam periclitentur causæ. Pado pro-
 feruntur ex Iouis tabulis testes. incidimus in seculum in quo
 vix vlla Iustitiæ remanent vestigia. Terras Astræa relinquit,

Afflict.
 deci. 404.
 post nu. 5.
 Bartol. in
 l. Titio.
 num. 3. ff.
 de Munic.
 l. 1. §. 1. ff.
 adl. Coris.

& cum ubique veniuntur publica testimonia, Iudices parum aut negligenter curant in eorum decidendis probationibus. Hinc fit ut multi iudicent per sordes. Inuidiosa est oratio profecto, sed natura sum furorum impatiens & licentioris linguæ pro veritatis & Iustitiæ dignitate iudæa, neque pudet neque piget teneras aures mordaci radere vero, si cupiata prodesse possim. Plectantur ergo constitutis pœnis qui veritatem causarum falsò obtinere volunt quò minus non stet & inconcussum permaneat Canonis & Legis pondus in ferendis sententiis secundum probationum & instrumentorum fidem & elucidationem. Examinentur, perscrutentur reuoluantur Testium depositiones, qualitatam habeatur ratio, non audiantur qui Iure repelluntur, omnia denique probè discutiantur, sic profectò abstrusa quantumuis veritas elucebit.

Cum enim omnia media quæ in Iudicis fauorem & officij rationem pensari possint reuoluere contendam, nullum promptius neque presentius censeo ipsa testium depositione si tamen modis omnibus rimetur, inuestigetur atque ponderetur, si inquam falsitatis Insidiis detectis soli ad testimonia ferenda subsistant qui verè testes esse possunt. Vultis ne ut in breuissima tabella depingam verorum testium indicem? Dicam laconica docendi methodo ea omnia quæ hæc materiam spectant quamuis multis sit obsita controuersis. Quemadmodum enim in agris vsu venire solet, ut maximè steriles maioribus vepribus obsideantur sic mihi contingere videtur in iis materiis quæ sunt in primis steriles, vel quia non coluntur, vel quia fori intemperie syluescunt. Cum enim thæma propositum nihil in se aliud contineat, quam quod quæri solet. Vtrum scientia iuris præualeat priuata, infinitas tamè & difficilimas exagerat quæstiones quæ in vero & exacto Iudicis officio suboriri solent. Diximus testium impetus quibus excantari possit mens præsidis, non infulsum fore arbitrò enumerare classem eorum qui omni exceptione maiores, & à crimine falsi alieni pro Iudicis instruenda mente aliquid deponere possunt.

Testis esse non potest pupillus seu impubes, nec ad testimonium aliquo pacto admittitur, c. testes. 4. q. 3. l. 3. §. lex Iulia & l. Inuiti. ff. de testib. & §. testes autem. Instit. de testa. vbi doct. not. Specul. in rit. de teste. §. 1. versic. item excipitur. Minor viginti annis in testem non admittitur in criminalibus l.

bus in testimonium, is tamen produci poterit à reo ad suã innocentiam probandam. Alexand. consil. 119. nu. 6. in 7.

Sollicitator repelli etiam debet à testimonio propter defectiõnem. Felin. in c. cum à nobis. num. 15. de testibus.

Proxeneta vel mediator nisi utraque parte volente deponat. §. quoniam. & ibi gloss. in vers. legum.

Donator in causa rei donatæ; Lanfranc. in tract. de test. num. 88.

Iudæi haud quaquam recipiuntur in testes contra Christianos. Specul. in tit. de test. §. versic. Item, & est Iudæus.

Testis esse non potest, inimicus contra inimicum suum. l. 3. & ibi Bartol. Alex. ff. de testibus. l. 1. §. questionum. ff. de questio §. si verò dicat odiosum authen. de testib.

Excommunicatus non potest esse testis, secundum omnes c. testimonium. & in c. veniens. 2. ext. de testib. c. decernimus de sentent. excom. Testes idonei non sunt coloni pro Dominis ut commune ait Lanf. in c. quoniam contra. in versic. num. 64. de prob.

Testes esse non possunt meretrices. in causis criminalibus secundum gloss. in l. 3. in vers. l. Lex Julia. ff. de test.

Affinis in criminalibus etiam si est collateralis non potest esse testis. c. absens. 2. q. 9. c. 1. 3. q. 1. c. accusatores. 3. q. 5. Clar. §. fin. q. 14.

Vxor licet cogi non possit ferre testimonium contra maritum, tamen propter inopiam probationum cogi poterit. Alex. consil. 102. num. 8. in 7. vol. Ro. singul. 393. Hæc omnia probè discutienda, & distinguenda sunt in certis quandoquidem casibus Iuris consultorum, sententia vel falli vel ampliari potest. Nihil addam de testium diligenti examine, de eorum repulsa seu exceptione. Breui enim lectionis huius compendio hæc comprehendere nequeunt sed Consultis Doctorum Iuris peritorum fiet satis. Quod si hæc ad perpendiculum referentur Iudicij veritas & ratio apparebit ex ipsis allegationibus qua in re tuebitur nostra positio. Postremo omnes Iuris peritia celebres doctores profitentur veritatem Iudicij patere vel ex partium assertionibus. l. fin. c. si per vim. vel ex probationibus. Et propterea dicimus quod in scitè & legitime auditis & discussis probationibus stat causarum pondus. Baldus in l. ingenuum. ff. de statu hominis deficiet tamen quandoque probatio. l. duo sunt Titij. ff. de test. tutel. ubi dicit Baldus quod deficiente probatione, defi-

est substantia causæ. Et debet bonus Iudex animum suum confirmare argumentis & testibus quæ rei aptiora & proximiora sunt, & non dirigere animum, ad vnâ solam speciem probationis Fulg. con. 133. proponitur col. fin. Paul. de Cast. lib. 2. concil. 302. ego Paulus & 169. viso puncto col. 2. Anchar. consil. 317. in causa in princip. & 277. Curt. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur. col. 78. Barba. lib. 2. consil. 47. incip. præclare in primis verbis & alibi sæpe in consiliis suis. Et debent coniungi probationes imperfectæ ad faciendum vnâ plenam probationem gloss. fin. Vbi Felin. in c. cum causam colum. 4. de probat. in cap. cum Ioan. colum. 4. de fide instr. Catel in 2. part. memorat. in verb. Iudicia. Alex. lib. 1. consil. 53. in causa vertente col. 3. Anchar. consil. 317. in causa in princip. & 277. Fulg. consil. 133. proponitur col. fin. Iason. defendens Bald. in l. Gallus. §. fin. col. 3. ff. de liber. & posthumis Rom. sing. 102. & sequent. & dicit Bald. per gloss. ibi. in ca. accedens. ad fin. vt lit. non contestata, quod non oportet allegationes concludere de necessitate, quia vna allegatio iuuat alteram & ex pluribus considerationibus fit vnâ sufficiens consideratio, & dicit esse notabile, quoniam & quæ nõ profunt singula, multa iuuant. c. illo vos. de pign. l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excusat. tutorum. cum simil. vt Barbat. lib. 1. consil. 43. præclare, col. 2. lib. 2. consil. 6 & seq. Qua in re dilucidè patet Iudicem probationum energiam & efficaciam debere mirum in modum amplecti, sine quibus fingere debet Harpocratem. Idcirco sapientissimi omnes Iurisconsulti nunquam temerè dederunt Consulta nisi discussis probè facti narrationibus. Sic Sexuola de more respondebat secundum ea quæ proponerentur. Barbat. lib. 4. consil. 70. vbi Episcopus. colum. 6. Decius sæpè hæc animaduersione sua exorditur Consilia. Nam in facto etiam ij qui plus falsi & aceri videtur habere in pectore, quique prudentissimi iudicantur turpiter errant, c. licet. de constit. lib. 6. l. fin. ff. pro suo. clarius in l. 2. ff. de iuris & facti ign. non enim præsumuntur facta nisi probentur.

Et propterea oportet vt coram Iudice omnia ritè & verè enucleentur, discutiuntur, longa mansuetudine maturentur & æqua trutinentur bilancè cum amplissimis probationum demonstrationibus, quia Iudex cui nihil constat nihil agere debet. Est enim teste Baldo Iudex quoddam prædicamentum quod prædicatur de probationibus.

In

In immensum profectò vagaretur lectionis præsentis discursus si numerosissima Præsidia hic citarem quibus nostra tuetur propositio, non erit tamen absolum recensere præcipuos Duces quorum manu & copiis tutissima euadit & ab omnibus sophismatum versutiis, immunis nostra thesis de Iudicando secundum allegata & probata conspiciunt. Horum primas partes tenet Bal. in ca. si. de Iureiur. Angelus Instit. quib. mod. tut. fin. in princ. in § si minus. col. 5. Inst. de act. Paris de Syndicatu char. 49. in verb. iudicare colum. 3. Bertrach in tract. de Episcopo 4. parte 4. lib. est char. 47. q. 11. late & moraliter Luc. de Penna in l. quicumque. C. de tab. & scribis. lib. 10. Angelica in verb. iudicare. §. 7. incip. Vtrum Iudices. Felin. post Barba. in cap. Pastoralis. §. quoniam. col. fin. de offic. deleg. Philip. Decius in l. antepen. qua incipit bonorum. ad finem. C. qui admit. Anchar. consil. 110. Curtius Iunior in d. l. antepen. Alexand. in l. si is ad quem. ff. de re iud. Gatell. in 2. parte memoraliu in verb. Iudex. Papa Pius Epistol. 5. char. 1. Fulg. Consil. 133. proponitur. colum. fin. Paul. de Castro lib. 2. consil. 302. Imola in Clem. Pastoralis. §. quia vero. num. 49. de offic. deleg. & cap. 1. num. 13. ver. si autem. Menchiaca controuerf. illust. cap. 13. num. 1. & cap. 14. num. 5. Aret. consil. 88. in præsent. col. fin. Socin. in consil. 27. colum. 3. Archidiacon. in c. vltim. 23. q. 3. Martinus iuris Civilis antiquus interpres in d. §. veritas. Cald. in d. c. Pastoral §. quia vero de officiis delegat. Ioannes Arboræus. lib. 9. Theosophia, cap. 20. Ioann. Oldendor. in tract. de formula inuest. actio. c. Vlt. idem in lib. de Iure & æquitat. tit. 13. Ioan. Coras. lib. 4. Miscell. cap. 20. horum autem omnium concessus graditur cum canonis & paragraphi probati intentione, simulque omnes dicunt frustra conari Iudicem particulari scientia & priuata, sententiam ferre, cum teneatur iudicare ex his quæ vt Iudex, non quæ vt priuatus cognouerit & præterea si acta fuerint conscripta his omnibus votis assentiendum est, qua in re fallitur Bartoli opinio in authenticis, nisi breuiores, dicentis in his causis minimis simplici assertioni iudicis credendum esse nam etsi id verum sit. quod valdè dubiū est intelligi tamen debet de his quæ vt Iudici contingerint non autem de his quæ vt priuatus perceperit. Et profectò æquissima videtur sanctio illa & Catholica quæ vnus hominis ad arbitrium negotij pondus quod summè trutinandum est non remittit.

Supereſt vt oppoſitarum dubitationum argumentis cauſe reſpondeamus quaſi facili via diſſoluentur ad primum ergo quo tanto pere veritas commēdatur vt eius cognitio priuata & particularis iudici poſſit ſtatuerē iudicium neglectis probationibus, dicimus & fatemur proculdubio iudicem teneri iudicare ſecundum veritatem l. rem non nouam. C. de Iudiciis. Veritas autem dicitur id quod probatum eſt aut per legem præſumptum l. penult. ff. de probat. tex. cap. i. iunct. cap. Laudabilem. de frigidis, vt ſic argumentatur poſt alios Andreas Alciatus in d. c. i. de Officiis ordinandorum num. 84. Sicque argumenti cuneus recutitur in contradicentes & ad noſtrum velle commodè retorquetur.

Ad ſecundum vbi enumerantur ſordes Iudiciorum & fori ſtrepitus diuerſi quibus atra ſæpius pro candidis proponuntur, ſatis non conſtare videtur logicis baſibus, nec rationum tutiſſima congerie. Ridicula enim ſunt exempla illa quorundam inique iudicantium, & eorum veſtigia inſequi piaculare eſſe nemo eſt qui dubitat. Et accidentia illa quæ corruptiſſima hominum colluue eueniunt, æquo ſæpius veritatis niuem pudorem conſuprare nequeunt, nec à vero officij ſui tramite excuſare Iudicem. Sol etenim non culpandus eſt ſi oculus non videt. Quamobrem legitimis Iuris traditionibus prohibentur omnes iſteſtium & probationum ſordes quibus hominis ratio vel effaſcinari vel in miram metamorphoſim commutari poteſt. Arceantur & ad Britannos vſque ablegentur ſimultates, falſitates, ſophiſmata, & tenebriſcæ omnes deſiſtiones, Veritatis illibato ſeruato flore. Mederi enim voluerunt Cæſares huic ſymptomati cum ſententia fertur ex falſis inſtrumentis & teſtibus, ne tyrannis quædam aut inhumanitas ſub ſacro Iuſtitia nomine ſopiat. Quid enim homine indignius excogitabimus, quàm prauis indulgere mendacij & falſitatis impoſturis. Optimè itaque ita datur querela falſi contra ſententiam latam ex falſis demonſtrationibus etſi tranſierit in re iudicatam. l. querela, C. de fal. ita diſponit totus tit. C. ſi ex falſ. inſtrum. Temerè pariter publica teſtimonia negligit Iudex vt proprio ſuo ſenſui fauceat, dum veretur ne quidpiam falſitatis illis ſubſideat, nam vbi videt innocentem variis circuitibus calumniarum vndique cingi, tunc diligentius & ſagaciùs ſeruari & inquirere debet rerum perſonarum & temporis circumſtantias, cæteraque adminicula amplectitur, nec vnquam omnem

omnem causam spem proprio consilio examinandam reponit, sed in iudicio publico dirigitur, l. prator ff. de iurisdic. omnium iudic. Hæc nostra opinio clarissimos habet fautores & probatur ex c. iudicet. 3. causæ. q. 7. quem D. Thomas Augustino tribuit sup. Psalm. cum tamen ex Ambrosio ortum habeat Psalm. 115. serm. super illud Miserationem tuam multam nimis domine secundum iudicia tua vivifica me. Bonus iudex (inquit) nihil ex arbitrio suo facit, & domestica proprio voluntatis, sed iuxta leges & iura pronuntiat, scitis iuris obtemperat, non indulget propriae voluntati nihil paratum & meditatam domi defert sed sicut audit ita & iudicat. Consulto ergo legi nostræ concors Gregorius cum Ambrosio exclamavit, quod iubetur præses insequi quod convenit eum sequi ex fide eorum quæ probantur. Valeant ergo aniles istæ oppositiones & meticolosæ suspiciones de negligendis allegatis & probatis ob inanem duntaxat causam quæ fori abusus iatuerit, in maius & gravius siquidem detrimentum haberentur causæ quæ subsistunt coram iudice, si eius soli & proprio arbitrio sequaci & variis affectibus distracto trāsueherentur. Norint utinam iudices eorum officio maxime interesse hominum malitiis occurrere, l. in fundo. in fin. ff. de rei vend. & tradunt Decius in l. ea est natura cauillationis nu. 2. de reg. iur. & late Marsil. in sing. 177. & cauetur. in Consil. 238. colum. 1. vers. quarto, & diligenti veritatis examine discutere sordes fori si quæ irrepserint, Hæc ad retundendam secunde obiectionis acie optimè constare creduntur.

Aggrediamur tertium oppositum quod perspicax & subtile ita breue est sed leuiore præsidio oppugnabitur. Explandanda est primùm Mosis sententia cui potissimum tota vis argumenti contradictorij conualefcit. Infontem & iustum non occides (inquit Dominus Exod. 23.) quia auersor impium sed in rationali Philosophia edoctus sum optimum esse ad faciliorem rei propositæ promerendam perceptionem à diffinitione exordiri. Quod quidem præceptum nec nouum est nec inuicratum Fuitq; sententia Platonis in Phædro in hæc verba. In omnibus rebus o puer vnicum principium his qui bene consulere volunt, est intelligere, quid illud sit de quo consulatur, vel omnino aberrare necesse est. Plerosque verò later, quod nesciant rei substantiam, ergo (inquit) ne nobis accidat quod in aliis damnamus, quid amor ipse sit & quam vim habeat definitione ex consensu partium posita cognoscamus.

cognoscamus. Haëtenus Plato. Cui sententiæ Iuriconsul. Ulpianus facturus verba de dolo malo subscripsisse dicitur in l. 1. §. ff. de dolo: & idem Iurisc. in l. 2. ff. de Iust & Iure. in hac verba inquit, Iuri operam daturum prius nosse oportet unde nomen Iuris descendat, & de Ciceronis sententiâ Bal. noster meminit in prælud. feud. colum. 3. ut ergo tantis legum monitis pareamus à definitione prædicati huius sacræ sententiæ auspicabimur, & explorabimus, Quid sit Insons? Rab. Salomon hanc Mosis à Domino edoctam legem explicans Insonem eum & iustum intelligit qui de dolo iudicij exiens, condemnatus ad mortem pro crimine sibi falso imposito ducitur. Nam si quispiam velit illius innocentiam defendere offeratque se probaturum suspendenda est omnino sententiæ executio, condemnatusque ad priorem locum reducendus, quo melius sententiâ discutatur, ut factum nouimus de Susanna Dan. 13. quæ ad verba Prophetæ se illam innocentem probaturum pollicentis, reducitur ad iudicium & à morte liberatur. Alij intelligunt ne condemnatus ab alio quam à iudice publicam functionem gerente, occidatur, ita ut nemini liceat occidere etiam condemnatum nisi à magistratu iustus fuerit. Pluribus autem videtur eum dici insonem & iustum debere intelligi cuius iudici satis est probata intentio licet per falsos testes conuincatur, debet enim Iudex omnem adhibere diligentiam, quò insonis & iusti defendatur innocentia, & sic iudicium differat, sæpè testes, examinet aliq; quærat indicia pro illius defensione Si verò adhuc iustum non poterit adiuuare ad superiorè remittat iudicem. At si ipse sit superior (ait B. 1 hom.) 2. 2 q. 64. art. 6. ludicare iuxta testium depositionem debet. Eo enim casu non ipse, sed testes hominem occidunt. Tunc namque ex intentione non occidit innocentem, sed debitum officij sui quidquid sequatur perfoluit, nullatenus peccat sed studiosè agit, sicuti ille qui tutamine inculparæ tutelæ aggressorem interficit. Et per hoc inquit Sor. soluitur aliorum argumentum huic ordini reclamantium & arguentium hoc esse contra ius naturale. Illi enim qui falso accusant ius violant naturale si scienter hoc faciant, nam possunt id bona fide facere. Iudex autem potius ius idem transgredereur nisi debitum officij sui præstaret quod iure naturæ ob commodum bonum constitutum est.

E Cymmeriis tandè tenebris vindicata est nostra propo-
tio de

tio de ferendo Iudicio secundū veritatis ipsius insignia legi-
 timis probationibus examinata & aduecta, ita vt liberē inte-
 qui valeamus canonis & §. intentionem, vt & aliunde autho-
 ritatibus imploratis fulciamur in ipsius glo. interpretatione
 vbi primo memoriæ occurrit quod Gratianus. 30. q. 5. docet,
 dicit enim ibi textus, Incerta vt Xistus Papa scribit episcopis
 per Hispaniam constitutis, nemo Pontificum iudicare præ-
 sumat, vt quauis vera sint tamen credenda non sunt, nisi
 quæ certis iudiciis comprobantur. nisi quæ manifesto iudi-
 cio conuincantur, nisi quæ iudiciali ordine publicantur præ-
 dicta enim verba reperuntur in §. seq. qui incipit, hinc etiam
 Victor Papa. dicit. glo. sup. d. uerbo credenda non sunt. arg. ex
 his autoritatibus & sequentibus. cap. quod iudex non secun-
 dum conscientiam sed secundum allegata debet iudicare, de
 consec. dist. 5. cap. vltim. 15. q. 5. presbyter. 2. q. 1. Deus omni-
 potens. 3. q. 7. Iudicet. Eiusdem ponderis & efficacit̃ est glossa
 nostri §. vbi fides testium attenditur, non scientia priuata lu-
 dicis. Videris ergo Clarissimi iudices quo pacto derelictis
 omnibus vestri affectus passionibus purè & verè sententiam
 ex allegatis & probatis ferre debeatis. Omnes leges omnia
 Iura clamant Iudicandum esse secundum probationes.
 Quod si Iudex (inquit Petrus Gregorius vir foelicissimi in-
 genij) videat probationes fieri aduersus ea quæ ipse certò no-
 uit, puta quia interfuit, & quia conscientia puritate tactus
 nolit Iudicium exequi pro ea probatione falsa bene quidem
 faciet si se à iudicando absteat, si possit, at si non possit, vt
 quia solus Iudex debet commonere reos, si nihil proficiat
 debet ex actis iudicare. gloss. in d. §. pubertatem. in verb. ex
 habitu. quib. mod. tut. finiatur. tex. in c. si sacerdos. de officio
 ordinand. cap. si tantum. & c. placuit. 6. q. 2.

At dicetis in tantis accusationibus, in tantis allegationi-
 bus & probationibus quid nobis agendum est, quomodo pos-
 sumus euitare hos falsum testium mendros & inextrica-
 biles versutias? Non desunt titubantibus vestris animis opti-
 ma remedia. Sunt qui vobis consulant causam ad superiore
 remittere & à Iudicandi munere potius abstinere quam fer-
 re sententiam aduersus insontes. Quod satis tutum esse non
 existimo, periclitaretur enim semper insontis ius ex hac à
 Pilato ad Herodem vt vulgo fertur remissione, nam visis e-
 iusdem negocij actis damnaretur. Tho. q. 64. art. 2. Syluester
 verbo Iudex. 2. q. 3. Caietan. q. 68. art. 4.

Adde

Adde quod omne opus malum sicut est illicitum homini facere per seipsum ita est ei illicitum facere per alterum, tum quia ille agit secundum iura cuius autoritate agitur & ita per idem esset Iudici condemnare innocentem, per seipsum vel per alterum, quia quicquid est causa causæ, est causa causati, sunt qui velint Iudicem etiam per summum Iusurandum causæ abstrusorem rationem percipere non posse protestari l. si de meis. §. vlt ff. de arbit. Alciat. c. 1. de offi. ord. 91. Aulus Gell lib. 14. c. 3. Ang. in l. nō quemadmodum. ff. de Iudiciis. Quibus è diametro refragatur Couarruias & explicariùs. d. l. si de meis, sensum perpendit quæ sic intelligendam esse censet vt optimè illud probet consilium discedendi à causæ Iudicio quando Iudex intra certum diem Iudicare & causam diffinire cogitur, cum tamen eo die nondum ei liqueat quid in ea controuersia Iustè diffinire possit quod potest variis ex causis contingere & maxime cum inter duos controuertitur de aliqua re quæ per eorum neminem possidetur, ita vt neuter nec verè actor sit nec verè reus, & intra diem præsignatum minimè liquidum est ad quem eorum res pertineat. Graue siquidem est authore Gregorio vt in re dubia certa proferatur sententia. c. graue 11. q. 3. Deinde nō constat quo pacto Iudex hic possit iurare sibi nō liquere, siue enim consideremus publicam siue priuatam scientiam certus est quid in ea quæ tractatur causa verum sit. Hæc est Couarruiæ sententia.

Sunt qui in civili vel criminali causa cū Iudex habet informatam conscientiam de certissima veritate pro reo, probationes tamen indubitas audit in causa contra eum quas verè nouit falsas, sed non potest ostendere tanquam Iudex, variis rationibus animum Iudicis persuadeant ad insequendam potius conscientiam informatam de veritate quam allegata & probata. Sed omnibus hæc nō probantur. Periculosum enim esse videtur hoc consilium in dirimendis iudicij civilis litibus, Iudex enim conuinceretur sententiam tulisse iniustam probationibus nimirum alienam, nec crederetur ei contrarium asserenti vt in c. quoniam contra falsam ext. de probationibus in causa factis etiam sibi maius periculum imminet scilicet pœnæ consimilis fortè personalis. arg. ff. ad leg. Iul. rep. l. lex Iulia. istis autem periculis pro debito alterius vel delicto se exponere non videtur secundum ordinem charitatis cogere enim aliquando effusis & decoctis omnibus
pro

pro damni illati ex sententia quæ non constitisset fidei & probationis basibus restitutione vitam mendicare. In hac ergo perplexitate satis videtur Iudex excusabilis quoad Deum si veritatem ut homini privato sibi notam offendit, & sequitur veritatem Iudicalem.

Istud enim est minus malum, scilicet non spoliare se, sed supplicium pati nolle misericordiam causa, ut in c. Deus omnipotens. 2. q. 11. & subdit Ancharanus multum excusat necessitas officij, ut l. Tutor. ff. de his. quib. ut indi. & l. post legatum cod. tit. & in l. cum quædam c. de admin. tut. & commutiter glossatores iuris canonici & civilis inclinant in istam partem. Hæc est sententia Petri Ancharani, in rep. cap. 1. ext. de const. post. 5.

Io. à Capistrano veritati tantum tribuit ut nullis auocamentis instrumentorum, nullis probationibus velit Iudicem debere sententiam ferre contra conscientie dictamen. Cuius hæc sunt verba ab autoritate Prophetæ Hieremiæ desumpta. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua & non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur scire & nosse me, quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra, hæc enim placent mihi ait Dominus, quia ut dictum nosse, est nosse veritatem quia Deus veritas est, ergo gloria nostra sit nosse sequi & seruare Iustitiæ veritatem contra quem certitudinali et notam nullus audeat iudicare, & qui contra rium sentit cum verè poterit respondere ad tot sacras auctoritates adhuc recurrat ad summum superiorem regem Regum & Dominum dominantium. Et si nõ sufficit appellare ad Imperatorem & Papam vel ad sacrum concilium apellet ad thronum Dei & tribunal Christi prouquam contra veritatem certitudinaliter sibi notam innocentem quempiam condemnare deliberet. Hæc Capistranus. Cuius consilij autoritas & quæcunque copia varia collexit nihil aliud continent præter eximiam veritatis Epæncsim. Exaggeratis siquidem sacræ paginæ sententiis fermè omnibus de veritatis Iudicio, hanc sententiam tulit quæ citius fore existimat causam remittere ad cælestè tribunal quàm Innocentè dånare, cum scriptum sit Insontem nõ occides quoniam aduersor impium. Huius argumenti præsidium fortius, discussum est fortioris rationis subsidio, apud Ludouicũ Lopez, nã Iudex dampnâs eum quem priuatim scit innocen-

centem

Lud. Lopez. 1. p. Instruct. Conscientiæ. cap. 3. q. 2.

centem esse, ex ipsis tamen publicis probationibus manifestè nocentem, nequaquam innocentem, sed potius nocentem occidi. Nam ut iudex tenetur in Iudicio fidem adhibere his, quæ ut iudex cognouerit non his quæ ut priuatus, igitur, non occidit innocentem si occiderit eum qui ex publicis testimoniis nocens apparet.

Ea autem quæ supra addit de prouocatione sententiæ, non videntur multum detrahere Iudicis officio quominus secundum probata non iudicandum sit, sed Iudiciorum falsitates & periuria aperiunt quorum Deus ut ultor postulatur, Possunt tamen hoc exemplo Iudices non parum moueri ut sui muneris memores non friuolis quibuscunque accusationibus aut depositionibus aures deuocant ne illis accidat quod multis perperam Iudicantibus accidisse legimus. Sunt enim qui honore & dignitatum culmina & apicem tenentes sibi impunè omnia licere putant, legum euertere æquitatem, iura pro arbitrio torquere nihil facere nec rationis nec naturæ placita odio quodam feruntur, ut ad cruces ad rogos, ad vortigines miseriarum usque prosequantur quos oderunt. Deus autem qui toties pollicitus est se fore tutissimum propugnaculum iniuste oppressorum, insanam impietatem grauerè uisceratur ut liquido constat in his qui cum viderent causam eorum apud homines periclitari ad superos confugerunt, quod consilium Innocentibus tradidit Capistranus.

Refert Dion Cassius Seuerianum Adriani iussu occisum fuisse, qui antequam licetoris laqueo iugularetur, nullius sceleris conscius, & suo Iuri Principem obruisse aures cerneret, igne poposcit atque incenso thure vos (inquit) o dij testor me nihil aduersus Adrianum molitum fuisse cui indignè me persequenti hoc tantum imprecor, ut cum mori cupiet non possit. Quæ Imprecatio certissimo euentu non caruit nam ipse Imperator maximis cruciatibus afflictatus repetitis uocibus in hæc uerba miser prorumpit, Quam miserum mortem appetere & mori non posse.

Ex Fulgoso retulit Gallicæ Academiæ author quendam Principem cuius nominis non memini alioquin generosum sed scelerum crudelissimum ultorem nobiles duos natalium & stemmatis splendore conspicuos perduellionis crimine pertinaci accusatos ex altissima turre in conspectu multorum precipites trussisse. Constantissimis uocibus innocentiam protestabantur. Falsas accusationes uitæ integritate repellent.

bant. Supplices petebant ne regis animus clanculariis suggestatoribus seductus in eos sequeretur. Nihil proficiunt. Nec mouetur, nec flectitur, tantis clamoribus Princeps. Infantes ad diuinum tribunal confugiunt & his verbis Principem adoriuntur. Cum nec luri nostro tuendo, nec nobis æquarum apud te crudelissime Princeps relictus sit, locus, nos te ad dies triginta iudicio sistere mandamus, ante summi & incorrupti Iudicis thronum, ubi ius nostrum æquiore bilance trutinabitur. Princeps anilem & dementem illam citationem esse opinatus, eamque flocci faciens, trigesima die cum ab Aulicis suis somno liberiore indulgere crederetur mortuus inuentus est. Idem ferme scribit Nauclerus de quodam Ferdinando Sanctij filio Legionis & Castellæ rege.

O tremenda comparitio. Non instruitur actio coram plebeio Iudice, sed coram Deo & in conspectu ipsius summæ Triadis. Non est hic Iudex instar Æsopicæ trabis indignus qui tribunal obsideat, sed cui eadem Dei est omnipotentia communis, eadem incorrupta Iustitia & sapientia. Coram illius claritate Rodolphus Dux Moscouiæ citatus est, cum odij pestilentis insidias moliretur aduersus quendam equitem auratum, quem ideo vinctum apprehensum cruciatum in sacco inclusum compedibus obstrictum in profluentem, proici iussit Eques iam in saccum coniectus, nondum tamè inclusus Ducem qui ad spectaculum accesserat in fenestra conspicatus alta voce clamauit, Dux Rodolphe ad tremendum Dei tribunal te voco, vt causam assignes cur me immerentem tam acerba & indigna morte perimis. Dux eam citationem cum risu excipiens, intrepidè respondit, bene, preito, ego tū adero. Exacto prope anno Dux in febriculam incidit, & appellationis recordatus adstantibus dixit. Nunc mortis meæ tempus instat, ad iudicium eundem, & ita accidit breui enim post mortuus est.

Præterire nec possum nec debeo quæ in Britannis chronicis leguntur de Francisco Britannicæ Armoricæ Duce qui Ægidium fratrem à consiliariis, lesæ maiestatis falso accusatum in carcerem coniecit ubi cum horrendo famis supplicio necareretur sit & inedia consumeretur, fatalem diem tanti tormenti metam esse præuidens aduocato ad conscientiam instructionem pro viatico sui itineris præparando Monacho Franciscano fidem ab eo accepit, vt fratri renunciaret intra quadragesimum diem ad Dei tribunal se sistere oportere.

A

Franciscanus

Franciscanus cum Ducem in finibus Normandiæ inuenisset mortem fratris, eiusque ad summi Dei Iudicium appellationem illi renunciauit, Dux eo nūcio perterritus, ingenti symptomate corripitur, & paulatim morbi sæuitia tabescens ad diem conditum è viuis sublatus est. Hæc nemo existimet ludicra, quæ è veris Historiarum monumentis excepta sunt & à multis fidei & eruditionis notissimæ authoribus relata, quibus, Iudices ad resipiscenciam saltem iure summo hortari debent ne tam leuiter causarum periodum curent rebus omnibus negligenter examinatis. Ne in eos valeat consilium Capistrani qui cum innocentiam summis numeris indignè accusatam, diuina protegi Iustitia, asseuerat & quod à Niceta dictum est verissimū esse cōprobetur. Est extrema insanie eos vel obiurgare vel vt iniurios laceessere qui ad Deum confugiunt eoque intercessore & defensore persecutionum remedium quarunt. Non facile reperiri potest opus in quo quis non accusetur, sed vera debet esse accusatio, sed legitima, sed certa, non Chimerica, non sordida, aut ambitione testium & mendaciorum circumscripta, potestatem comiterur oportet integritas, nimirum vt perturbationibus non rapterur, nō inflāmetur odio, non trahatur inuidia, non flectatur gratia, nec cupiditate sursum deorsumque feratur, quæ Iudicem ab æquo & iusto transuersum agere solent, at vero quia interdum quia planè æquus iustique tenax, circumuenitur blanditiis & oratorum artibus percellitur, ferreum esse decet imo adamantinum iudicem. Nequaquam faciat lacrimas ne fucos aut verba curet, quibus offunditur tenebræ sed quid rei causæque veritas habeat, quid leges, quid Iustitia dicat, sibi semper ponat ob oculos. Et ne quid desit, ne corruptus adfessor oblinat os Iudici & imprudentem aliorum ducat à recto sapientem esse oportet. Nam si per se non sapiat iudex rerum in controuersiam positarum discussionē si tantum alienis credat iudiciis, atque in ferenda sententia opus habeat submonitore, frequenter impinger neque prestabit vnquam quæ sunt veri cordatique iudicis. In cuiusque sententiā merito protestabitur. Videris ni fallor qua in re suspicienda veniat Capistrani sententia, qua vero reicienda. Probo Capistranum quandium tueretur Innocentis partes. Re-probo Capistranum cum vult omnem Iudicij animam penes Iudicem manere neglectis probationum adminiculis imo certissimis licis iudiciis & demonstrationibus.

Eia ergo Iudices nolite illustratam multis probationibus veritatem particulari quodam affectu violare, verba pensate testium, non personarum quæ fortassis minus arrident vultui. Cæsar rogatus sententiam à consule huiusmodi verba loquutus est, omnes homines P. C. qui de rebus dubiis consultant ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus veram prævidet ubi illa officiant neque quisquam omnium libidini simul & vsui paruit. hac quidem sententia nescio an vsipiam apud Ethnicos scriptores salubrior ac magis frugifera induci possit, præsertim Reipub. rectoribus. Ob eam causam Areopagite in summa veneratione habiti sunt Athenis, qui ne prophanae sacrosanctæ iustitiæ inuenirentur, ius noctu & in tenebris dicebant. Non enim die sed iure æquum esse iudicia celebrari existimabant. Ideoque quæ dicebantur audiebant, dicentes autem non videbant, & merito quidem. Non enim iura inuenta sunt ut in discernendis negotiis odio aut amore aut reliquis affectibus studeamus, sed ut Flaccus Venusinus Lyricus ille vates inquit.

Satyr. 3.
lib. 1.

Iura inuenta meriti iniusti fateare necesse est.

Quocirca Chrysippi quoque ingenium veteribus nostris iure in admirationem venit, qui iustitiæ imaginem expressurus eam aspectu per quam vehementer toruam iratoque vultu, luminibus oculorum ut acrioribus ita etiam rectis & immotis, depingere studuerit, innuens nimirum quod magistratum in improbos seuerum & inexorabilem, in probos mitem & mansuetum esse oporteret. Quod consilium Themistocles pulchre simul & præclare sequutus videtur. Is namque Simonidi cum præter equum quiddam postalasset, ait: Nam neque tu inquit bonus Poëta es, si modos & numeros in comitandis contemneres neque ipse bonus prætor si gratiam cuiusquam legibus anteferrem. Idecirco qui favore humano aut precibus victi sententiam ferunt iure puniuntur, sed his minime parcendum est qui cum vident dilucidum Veritatis iubar illud extinguere purant ut dolo iudicent. ij autem tenentur ad æstimationem litis & ad damnum reficiendum parti lesæ ut in l. fin. ad fin. c. de pœna Iudic. qui male iudicat, & Instit. de oblig. quæ ex quali malef. in princip. & dicit gloss. in d. l. fin. quod tenetur per actionem in factum ut Instit. vbi supra. Tenetur etiam l. Julia repetund. & ad leg. Jul. repetund. ut superius diximus. Tenetur pariter

Aul. Gél.
lib. 14. et
4.

Plutarchi
in Themist.

crimine concussionis. l. fin. & crimine falsi quod pœnam de-
portationis vel ultimi supplicij continet. ff. ad l. Corn. de
falsi l. 1. § qui iudicem. Condemnatur etiam corruptus Iudex
in triplum dati & in triplum promissi, & in causa ciuili amif-
sa dignitate vel cingulo. In criminali vero causa bonis om-
nibus confiscatis mitteretur in exilium de iure nouissimo in
Authen. vt litigant. iur. §. qui verò accep. & § si autem. Potest
etiam ciuilitè conueniri ex edicto de calumniatoribus in
quadruplum ab eo quem debebat damnare per pecuniam vt
ff. de calumniat. l. 1. & l. 3. §. illud. Nulla tulit vitiosiores homi-
nes ætas. Nullum sæculum languidius vnquam fuit scelerũ
lue. Nunquam tamen negligentius animaduersum est in fla-
gitiosos, quorum vbi vis gentium ingens est copia, quæ fe-
cunditate vberiore pullulascit quia tolleratur quia permittit-
tur. Iam non audiuntur vulgaria delicta sed horrenda & ipsis
Barbaris incognita. A falsis, natorum expositiones, prodi-
tiones amicorum passim audiuntur. Et quod dictu horribi-
lius est, ipsi homines non sibi ipsis tantum infensi sunt sed in
Deum ipsum videntur contraxisse inuidiam. Hæc humani
generis tam mira in vitia propensio in causa est vt malorum
plena sint omnia vt vix decimus quisque ad virtutis stu-
dium incumbat. Hæc malorum frequentium multitudinem
Virgilius sic describit.

*quibus inuisi fratres dum vita manebat
Pulsusque parens & fraus inpreca clienti,
Aut qui diuitiis soli incubuere reperti,
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est.
Quique ob adulterium casti quique arma sequuti
Impia, nec veriti Dominorum fallere dexteras.*

Hæc malorum seges fit vitio fomitis quem Hebrei vo-
cant רצח iex ter vt quisque ad vitia sit propensior quam ad
virtutes & citius bonorum hominum multitudo ab vno
vitioso indeterius pellicetur, quam gens malorum carerua
ab vno studioso ad meliorem frugem reuocari possit, quod
Gregorius Nazianzenus explicatus his verbis retulit.
Desiderabile (inquit) quid & propriũ est malitia, & nihil adeò
facile & procliuè existit, atque facere malum, etiam si nemo
sit, qui nos adigat, ac rursus rara ac molesta est boni acquisi-
tio, etiam si plura sint quæ nos ad illam trahant & prouo-
cent.

cent. Bonum humanæ naturæ acquisitu difficile est, perinde atque ignis humidiori materia. Plurimi verò ad communicationem mali parati & apti, quasi calamus quidam sunt, qui scintilla & vento correptus, facile propter ariditatem accenditur & consumitur. Etenim citius quis modicam malitiam vbertim in se recipit, quàm copiosam virtutem paulatim. Nam & modicum absinthij amaritudinem suam melli celerimè indit, mel verò dulcedinem suam absinthio non ita facile ingerit, etiam si duplicatum adhibeatur: & modicus calculus subtractus, totum fluuium in decliua distrahit, è contrario verò vix illum robustissimum munimentum continet, vel ne exorbitet, impedit. Hactenus Nazianzenus. Sed inter tantos malorum aceruos nulli perniciosiores meo Iudicio existimantur iis qui cum virtutis tutelam & patrocinium se suscepisse dicant, omnia tamen in virtutis iniuriam moliuntur, adeò vt reipublice tempestas penè insedabilis oriatur, huius generis sunt Iudices qui iniquis Iudiciis rerum concordiam dissoluere conantur, excutiunt reuerentiam quæ Iuri debetur & plurimum fauoris conciliant iis quos exito dignos vident. Eraclites cù magnopere cuperet recte consultum reipublicæ, ab illis in primis supplicia fumen da esse dicebat, qui publicas ciuitatis leges infestarent, quam qui muros impugnant. At quanto diuisius sauiendum est in eos qui leges corrumpi volunt iniquis persuasionibus, & variis insidiis: Perniciosus est Rempub. legibus carere quam ciuitatem muris. Muri, turres, propugnacula vim externam duntaxat depellunt, leges verò internam iniuriam profligant. Muri ne à potentioribus ciuitas expugnetur opem adferunt (quorum imperium nonnunquam tolerabile esse queat) at leges quia in his & salus & vita vniuersorum consistit, obsistunt ne impij & flagitiosi rerum gubernacula inuadant ne improborum libidini tota multiitudo seruire cogantur. Nihil habet vrbs indignius malo, nihil felicius optimo Iudice. Nollem locupletari orationem meam infelicissimo exitu quem consequutæ sunt Respublicæ tanto commodo destitutæ, at horret animus recensere quibus in fortunis subiciatur populus cui malus Iudex praeficitur. Sed vt funem aliquando reducamus quis non videt excoriantes iniquorum Iudicum iniurias turbate omnia, perdere familias, fratrum cladibus gaudere & cetera illa quæ tacenda quæ publicanda potius existimantur: Quod si iis non detur prom-

præcipua remedia absint male ominari vereor ne hoc malum temporum pertinacia fiat immedicabile. Non deest copia monitorum sed flocci sit omnis de virtute, & de serenanda conscientia Paranæsis. Ipsa etiam conscientia sceleris vindex non deest optimo persuasum consulere, quem videt freno sensus libidini laxare. Videtis ne aliquando Iudicem iniquam ferre sententiam? quomodo illico numerosa, acie stipetur, quomodo timor damnatio, horror ad mellioris animi vota illum prouocent, ut maius nequeat supplicium excogitari. Quod si contingat perfici tantum facinus tantum sacrilegium, tum adest illico suis accusatrix conscientia, & infesta Nemesis quæ miserrimis infœlicem animum excarnificat modis. Quod si statim de penitentia cogitet recipitur quidem à Deo qui neminem excludit à venia, sin secus incru descit singulis momentis flagellum, nec patitur quietem agere donec adigat ad desperationem. Nec opus est sibi blandiri quod tardius veniat vitio, tarda durior est, lenta actior, Deus ille omnia nouit, videt omnia.

Imponendus iam tandem licentiori orationis cursui expectatus colophon, ne verborum nimium incultæ indulgere videar, quæ cum in Oratoribus omnibus damnetur in rogato nostro ordine indigna est, ut doctè voluit Iason in l. Gallus. §. 1. in primo notab. ff. de liber. & posth. ubi dicit quod aduocatus nimis verborum potest propter hoc priuari aduocatione & est glos. singul. in l. ex ea. in 1. gl. ff. de postul. Sed non inutile fuit copiosiore vi rationum congerie, quæ si vobis paulo visa est ptolixior facite ut cum vestris animis cogiteris rem tantam non potuisse paucis verbis explicari. Vatis quidem usus sum verborum repetitionibus & inuolueris, in hac solenni Iudicium materia καὶ δὲ τοῖς καὶ τρις φασὶ καλοῦ εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ ἐπισχεπτέον. Atqui pulchra aiunt ea quæ pulchra sunt iterum ac tertio tum dicere tum considerare. Vellem autem ut ex frequenti iteratione Iudices vel iure postliminij ad sacri officij spartam diligentius exortandam excitarentur. Vellem ut in manu mea esset quod verbis sum prosequutus re effectum reddere, sed non dubito vos omnes mecum fateri id esse deploratis reipublicæ miseris utilissimū. Præstavi pro virili quæ pollicitus fuerā. Vestris est ea omnia grato animo & beneuolo suscipere, quod si feceritis mihi maior dabitur stimulus sceliciores calamo aliquando posteris testandi quātū pdesse cupiat celeberrimæ huic Academiæ Vester M A T T H Æ V S. Viuite scælices. I V R I S.

Sol. in Jesu Paderb.

ICON
IVRISPRVDENTIÆ
EX EMBLEMATIBVS
PETRI MATTHÆI
ICONOGRAPHICIS.

Ad Excellentissimos Iuris Professores in
Academia VALENTINA.

PANDE genus stirpisque tue primordia profer?
Me genuit sancto sidere Iustitia.
Quale tuū nomē? IVRISPRVDENTIA. Quid est?

Virtus perpetuò qua sine recta silent.
Illa ego sum duplicis pandens oracula legis
Me colit excelsi Diva Sophia clori.
Sermine curpanni vario tua palla renitet?
Tot manibus constat condita iura prius
Quis fuit hanc? Diuum semper memenda potestas,
Et πολυπραγμοσύνης sedula cura virum.
Historie series, Regum consulta, senatus
Sanctio, nascentis criminis exitium.
Vnde triplex facies? Iuris diuisa facultas
Urbes, naturam, conspiciit ac populos.
Dic mihi cur cingas Parnâside tempora lauro?
Iura triumphanti numine cuncta domant.
Cur manibus manca es? sum donis nescia flecli,
Ius venale manet, muneris illicio.
Cur oculos claudis? Iudex non noscat amicos,
Fallitur aspectus sepe sanèque dolis.
Es aurita nimis? nos solis auribus absque
Affectu, aut mentis calcare iura damus.
Cur resides veterum libros ac scripta volutans?
Arte grauem peclus non variare decet.
Quæne cohors sequitur lachrimis tritaque lacerna?
Consilium dubiis casibus ipsa petit
Magnatum procerumque decus mea vota capestat
Et Belli & pacis tempus virumque fero.
Cur pedibus concussa iacent tor corpora? victum
Hic vicij caput est fraudis & ecce manus.
Ecqui circumstant? opulentia, splendor, honores,
Hæc mea, Virtuti si suus esset honos.


APPRO-

APPROBATIO

NIHIL est in hac eruditissima
Petri Matthæi I.V.D. de Iudici-
bus Lectione quod non sit Catholi-
cum & Iudicum officio perutile, di-
gnumque ut appendicis vice doctissi-
mis F. Ludouici Lopesij operibus de
Instructione Conscientiæ addatur.

F. PETRVS DE BOLLO S.
THÆOLOGIE DOCTOR
PARISIENS.











Th
2270